UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

### Donatus, Aelius

### Lipsiae, 1905

Commentum Phormionis

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1583

Visual Library

# DONATI

# COMMENTVM PHORMIONIS

*R* = cod. Riccard. 669 s. XV ex.
*C* = cod. Oxon. Bodleian. Canon. lat. 95 s. XV.
*V* = cod. Vatic. Regin. lat. 1496 s. XV (*litterae inclinatae* = *m. 2[?] in rasura, v. praef. vol. I p. XI*).

---

*O* = cod. Oxon. Lincoln. 45 s. XV (*v. praef. vol. I p. XXII; XXVI sq.*).
*D* = cod. Dresd. Dc. 132 s. XV.
*L* = cod. Leid. Voss. lat. Q. 24 s. XV.
*dett.* = *DL*.

---

*cod. Cuiacii* } *v. praef. vol. I p. XVI—XVII.*
*cod. Hulsii* }

---

*schol. Bemb.* = scholia marginalia cod. Vatic. lat. 3226 Terenti.
*schol. Ricc.* = „ „ „ Riccard. 528 Terenti.

---

| | | |
|---|---|---|
| *ed. pr.* | = | editio princeps Veneta s. a. (Vindelini Spirensis). |
| *Calph.* | = | „ Calphurnii Taruisiana 1477. |
| *Steph.* | = | „ Rob. Stephani Parisina 1536. |
| *Lindenbr.* | = | „ Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623. |
| *Westerh.* | = | „ A. H. Westerhovii Hagana 1726. |
| *Klotz* | = | „ R. Klotzii Lipsiensis 1840. |

---

*W.* = Wessner.
**** *lacunam significat.*

# PHORMIO

## PRAEFATIO

### I.

POSTQVAM POETA VETVS POETAM NON POTEST. 1 Hanc comoediam manifestum est prius ab Apollodoro sub alio nomine, hoc est Ἐπιδικαζομένου, Graece scriptam esse quam Latine a Terentio Phormionem. quamobrem nulla dubitatio est hanc solam esse, cui nomen poeta mutauerit, et errare eos, qui in hac Phormionem parasitum putant a formula litis, quam intenderit, nominatum, cum Graeca lingua fiscus sparteus et stramen nauticum sic dicatur: a cuius rei uel capacitate uel uilitate etiam ab Apollodoro parasitus Phormionis nomine nuncupatur.

2 haec igitur prope tota motoria est

3 et in affectibus constituta paene maioribus quam comicus stilus posceret, nisi quod arte poetae omnia moderata sunt.

4 primas in ea partes, ut ipse poeta professus est (*prol. 27*), tenet Phormio, secundas Geta, tertias Demipho, subinde ceteri, prout cuiusque actus ostendit.

5 prologus Phormionis nimis concitatus est, adeo ut

1 *paragraphi in primis praefationum capitibus sibi invicem respondent* | POETAM — POTEST *om. R* ‖ 3 hoc est ⟨sub⟩ *V* (*dett.*), hoc *C* | epidicazomenon *R*, -nes *O*, epicazomone *C*, epidicamozone *V*, *corr. Reiff.* ‖ 6 in *V* | hanc *codd., corr. Steph.* | Phormionem] *i. e.* Formionem ‖ 8 fiscus] festus *V* (*dett.*), filii *CO* | sic dicitur *V*, *om. C* ‖ 9 ab *om. V* ‖ 10 nomine phormionis *O* | nuncupatum *R* ‖ 11 prope *om. COV* (*dett.*) | materia *CO* | est *post* affectibus *O* ‖ 12 et *om. CO* | peteret *CO* ‖ 17 cuiusque actus *R*, cuiusque *CO*, in processu *V* (*dett.*) | ostenditur *V*

ipse semet ueluti reprehendat ob hanc ipsam peruicaciam et simul argumentum suae purgationis inducat. atque in ea cum et *πρότασις* et *ἐπίτασις* et *καταστροφή* magni moliminis et negotii sint, ita uariis leporibus asperguntur, ut etiam rerum tristium grauitatem poeta lepidus comica serenitate tranquillet.

6 haec acta est ludis Megalensibus L. Cornelio Merula L. Postumio Albino aedilibus curulibus, agentibus L. [Cassio] Atilio et L. Ambiuio, modos faciente Flacco Claudi [filio] tibiis Serranis tota.

7 deuerbiis quoque facetissimis et gestum desiderantibus scaenicum et suauissimis ornata canticis fuit.

6* editaque est quarto loco M. Valerio C. Fannio consulibus.

8 persona etiam in huius protasi non una est, sed duae, quarum altera extra argumentum posita est, cui narratur fabula, altera in argumento, quae narrat fabulam.

9 argumentum quoque non simplicis negotii habet nec unius adulescentis, ut in Hecyra, sed duorum, ut in ceteris fabulis.

10 scire autem conuenit uno die transigi Phormionem, non ut Heautontimorumenon duobus.

11 *Πρόλογος* correpte *ἀπὸ τοῦ προλέγειν* dicitur, non

2 et] id est *CO* ‖ 3 cum et] etsi *V* | *προτάσισ* & *επιτασισ* & *καταστροφὴ* *R*, prothasis (-thesis *O*) et epithasis (epy- *C*) et catastrophe (anastr- *CO*) *COV* | magni nominis ·i· negotii *CO* ‖ 5 etiam] ē *R* | rex *R*, *om.* *O* | lepos *R* ‖ 7 L.] lucio *C* | merula aedili (ed- *RCO*) curuli (cur· *V*) et l· (lusio *O*) postumio albino (albyroo *R*, albinio *V*) *codd.*, *corr. Reiff.* ‖ 8 Cassio *del. Wilmanns* ‖ 9 attilio *ROV* | ambinio *RO*, ambioīo *C*, albinio *V* | claudii filio *codd.*, *corr. Reiff.* ‖ 10 sarranis *V* (*at v. De com. VIII 11*) | tota ⟨Graeca⟩*? v. append.* ‖ 11 deuerbis quoque *ROC*, quoque deuerbiis *V* (*dett.*) ‖ 13 ualerio (uario *CO*) ⟨et⟩ *ROC* | C.] CN· *ROV*, Gneo *C* ‖ 14 cons· *RV* ‖ 15 prothasi *V*, prothesi *CO* ‖ 16 est posita *V* ‖ 21 autem] enim *COV* | uno] nono *CO* ‖ 22 ⟨et⟩ non *R* | ut ⟨in⟩ *ROC* | duobus] a uobis *CO* ‖ 23 *Πρόλογος Schoell*: prologis *R*, *om.* *CO* | *απὸ τοῦ προλέγειν* dicitur *R*, **** dicitur *CO*, *ἀπὸ τοῦ προλεγεῖν* $V^2$

producte *ἀπὸ τοῦ πρῶτον λέγειν.* nam officium prologi ante actionem quidem rei semper est, uerumtamen et post principium fabulae inducitur, ut apud Plautum in Milite glorioso et apud ceteros magnae auctoritatis ueteres poetas.

## II.

Cum Chremes Demiphonis frater adscito sibi ad fallaciam nomine, quo Stilphonem se dici fecerat, duas eodem tempore habuisset uxores, Athenis diuitem, pauperem Lemni, ex diuite sustulit filium, qui dictus est Phaedria, ex paupere furtim suscepit atque educauit filiam, Phanium nomine, eamque consilio cum fratre habito destinauit filio eius Antiphoni uxorem dare. quibus complacitis uno tempore profecti Athenis senes, Demipho in Ciliciam, Chremes Lemnum ad accersendam filiam, quae iam illinc cum matre nauigauerat, occasionem dederunt amandi adulescentibus. nam statim Phaedria citharistriam sub lenone coepit ardere, Antipho illam filiam patrui Phanium desponsatam sibi nesciens nescientem, mox ut Athenas uenit nec patrem repperit falsa duplici eius nomine, matrem mortuam dum lamentatur, adamauit consilioque et opera parasiti secundum leges Atheniensium, quasi sibi cognata esset, tamquam in iure uictus et uelut coactus eam accepit uxorem per absentiam patris. qui cum aduenisset

1 *αποῦ τοῦ πρότον λέγειν R*, * * * * * * *CO*, *ἀπὸ τοῦ προλόλογειν V*² ‖ 2 actionem *R*, narrationem *rell.*; *cf. Leo, ‘Plaut. Forsch.’ 194* | rei quidem *OV* | est *om. R* ‖ 5 ⟨Argumentum⟩ Cum *R* | ascito *CV* | ad] per *V* ‖ 6 quo *D*: quod *rell.* | fecerit *ut vid. R* ‖ 7 uxorem *C* ‖ 8 ex diuite *om. CO* ‖ 9 phedriam *R* | filiam *om. CO* ‖ 11 eius *R*, suo *rell.* | uxorem dare *om. O* ‖ 12 senes *om. O* | siciliam *OV*, -a *C* ‖ 13 arcessendam *OV* ‖ 14 nauigarat *CV* ‖ 15 phedriam *RO* ‖ 16 desponsam *R* ‖ 17 ⟨que⟩ mox *CO* ‖ 18 falso *COV* ‖ 19 lamentatur ⟨mortuam⟩ *V* | -que *om. O* ‖ 20 quasi] quamquam *V (dett.)* | sibi] si *RC* | cognita *CO*, cognati *R* ‖ 21 tamquam ⟨tamen⟩ *V* | uictus ⟨esset⟩ et *CO* | eam *om. RCO* ‖ 22 per absentiam uxorem patris *C* | uenisset *VD*

et eam uellet expellere, primo confutatur per impudentiam parasiti, post cum suǫ fratre sic decipitur, ut dum eam credit ab Antiphone posse disiungi, ⟨si⟩ eam parasitus ipse ducat uxorem, det ducturo triginta minas praesentis dotis puellae nomine, quas Phormio acceptas Phaedriae dedit, ille lenoni ad citharistriam redimendam. quibus gestis tandem Chremes agnoscit filiam suam coniunctam esse fratris filio. quare mutato consilio dum triginta minas a Phormione per rixam conatur exigere, per eundem proditus uxori suae Nausistratae et [ante] libidinis reus non ante ueniam meruit a matre familias, quam et triginta minarum et amoris citharistriae ueniam dedisset filio.

## III.

1 Primus actus in colloquio est Daui et Getae, per quos discit populus argumentum (*sc. 1 et 2*), ⟨* * * *⟩.

2 secundi actus tenor continet aduentum senis turbulentum et eiusdem iurgium aduersus Getam et Phaedriam (*sc. 1*), ⟨* * * *⟩.

3 tertio actui attribuitur litigium senis et Phormionis (*II sc. 3*), tum consultatio cum aduocatis (*II sc. 4*), tum Antiphonis in scaenam reditus colloquiumque cum Geta (*III sc. 1*), tum lenonis ac Phaedriae colluctatio (*III sc. 2*), tum adhortatio Getae de inueniendo argento ad redimendam Phaedriae citharistriam (*III sc. 3*).

4 quartum actum ista concelebrant: aduentus Chre-

1 uellet eam *VD* ‖ 2 dum] cum *V* ‖ 3 eum *R* | credidit *ROD* | si *add. Reiff.* ‖ 4 ⟨et⟩ det *codd., corr. Reiff.* ‖ 7 esse coniunctam *CO* ‖ 8 dum mutato consilio *V* ‖ 10 suae] filię *C* | ⟨est⟩ et *VD* | ante *secl. Schoell*; factus *Steph.* ‖ 12 et *1.*] ex *OV* ‖ 13 dedisse *C* ‖ 14 *lac. ante* Primus *in R* | est in colloquio *V* (*dett.*) | et Getae *om. C* ‖ 15 *lac. sign. W.*; et in colloquio Antiphonis et Phaedriae, qui per Getam discunt argumentum (*sc. 3 et 4*) *suppl. Schoell coll. praef.* I 8 ‖ 16 aduentum continet *V* ‖ 19 *lac. sign. W.*; tum interuentum Phormionis (*sc. 2*) *suppl. Schoell* ‖ 20 confutatio *CO* | uocatis *R* ‖ 22 tum] non *C* | lenonum *V* | ac *RL*, et *rell.* | conluctatio *ex* -stratio *corr. R* ‖ 23 ⟨eo⟩ argento *ROCL*

metis eiusdemque cum fratre deliberatio per errorem de eicienda Phanio (*sc. 1*), Getae uerba de fallendis senibus (*sc. 2*), Antiphonis oratio apud semet ipsum de amore tractantis, Getae rursus cum senibus callida (*sc. 3*) et mox cum Antiphone de eadem causa simplex disputatio (*sc. 4*), senum inter se colloquium de expulsione mulieris (*sc. 5*) et ad extremum uerba Chremetis agnoscentis nutricem ac per eandem filiam suam cum Antiphone coniunctam (*V sc. 1*).

5 in quinto actu per Demiphonis errorem Phormio accipit argentum dotis nomine (*sc. 2*) et conuenitur Nausistrata, ut exire domo compellat Phanium (*sc. 3*). nuntiatur Antiphoni et Phormioni per Getam, Phanium a patre agnitam permissamque, ut uxor habeatur (*sc. 4—7*). quae cum ita nupta sit, exposcitur argentum a Phormione per rixam senum (*sc. 8*), a quibus ille oppressus rem omnem aperit Nausistratae. ad quod primum irata ut in tali re uxor mox lenitur in fine fabulae et tutissimum a patris iracundia praestat Phaedriam (*sc. 9*).

---

## PROLOGVS.

*1* **1** 1 POSTQVAM POETA VETVS POETAM NON POTEST hoc initium ad destructionem personae aduersarii sumitur coniunctum cum insinuatione personae Terentianae. 2 POSTQVAM POETA VETVS P. N. P. nota 'postquam' apud ueteres

1 eiusdem *CD* | per — eicienda] tum cum *R* ‖ 3 se ipsum *R* ‖ 4 callide (*om.* et) *CO* | et — Antiphone] * * * * * * (*in mg.* consumpte erant littere ob uetustatem *m. 1*) *R* ‖ 6 senum] demum *V* | senum * * * * * secum loquitur * * * * nutricem *R* | et *om. O* ‖ 9 ⟨et⟩ phormio *R* ‖ 10 accepit *O*, (*ante corr.*) *R* | argumentum *R* | et conuenitur] inuenitur *CO* ‖ 11 ⟨de⟩ domo *V* | nuntiatur — Phanium] per getham antiphoni et phormioni nuntiatur (Phanium *om.*) *post* 13 habeatur *V*, *om. CO* ‖ 12 ⟨per⟩ a patre *V* ‖ 13 cognitam *codd.*, *corr. Steph.* | uxor ⟨uxor⟩ ut habeatur *C* | quae cum ita] ita ut *RCO* ‖ 15 oppressis *C* ‖ 16 Nausistrata eque primum *R* | re ⟨fit⟩ *O* ‖ 18 phedria *R* ‖ 19 POETAM — POTEST *om. R* ‖ 20 a destructione *R* ‖ 22 P. N. P. *om. R*

non praeterito modo sed etiam praesenti tempori adiungi, ut (*Verg. Ecl. I 30*) ‘postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit’. quamquam sunt qui ‘postquam’ pro ‘quoniam’ accipi uelint. 3 POSTQVAM POETA V. P. N. P. ‘poeta uetus’ qui iam diu e s t, non qui iam diu f u i t. ergo ut u i n u m u e t u s, non ⟨ut⟩ u e t u s a n n u s. 4 POSTQVAM POETA VETVS POETAM iucunda repetitio, ut (*Verg. Aen. XII 139*) ‘diua deam’ et (*Aen. I 684*) ‘notos pueri puer i. u.’ 5 POSTQVAM POETA VETVS POETAM NON POTEST *ἀντίθετον* primum per *σύλληψιν* primam, ita ut extrinsecus ‘nouum’ audire poetam oporteat.

*2* **2** 1 RETRAHERE A STVDIO sic loquitur, quasi rem scaenicam magis laedere uoluerit Luscius quam Terentium. 2 TRANSDERE ‘transdere’ ueteres sonantius, quod nos lenius ‘tradere’, ut ‘translatum’ nos, ⟨illi⟩ ‘tralatum’ e contrario. 3 ET TRANSDERE HOMINEM comice et uenuste inseruit ‘hominem’, ut (*Verg. Aen. V 259 et 262*) ‘leuibus huic hamis c. a. t. d. h. u. d. et t. i. a.’

*3* **3** 1 MALEDICTIS DETERRERE sensus hic est: ipse se aduersarius, inquit, fatetur uictum, qui a rebus exclusus ad uerba delapsus est. 2 MALEDICTIS DETERRERE deest ‘eum’, ut (*Verg. Aen. I 72—73*) ‘quarum quae forma pulcherrima D., ⟨c. i.⟩’.

1 tempori *O*, *schol. Ricc.*, -re *RC*, *om.* *V* ‖ 3 sint *O*, (*ante corr.*) *R* | ⟨simpliciter⟩ pro *O*, *ed. pr.* ‖ 4 uelut *C*, uolunt *R* | POSTQVAM — N. P. *om.* *R* ‖ 5 poeta uetus *om.* *COV* | quia iam *C* | non quia iam *CO* ‖ 6 ⟨dicitur⟩ non *O* | ut *add. Steph.* | annus] an̄ūs *C*, annis *OV*, ennius *R* ‖ 7 POSTQVAM *om.* *RO* ‖ 8 et] ut *RO* ‖ 9 notus puero *CO* ‖ 10 *ἀντιθετον* *R*, anthiteton *O*, (*in mg. ἀντίθετον*) *V*, **** *C* | primum *om.* *CO* | *συλλημψιν* *R*, sylempsim (*in mg. συλλήμψιν*) *V*, **** *CO* ‖ 11 audiri *R* ‖ 13 ⟨tan⟩quam *C* ‖ 14 transdere tradere *R*, tradere (-r& *C*) traducere *CO*, transdere *V* | quod] quam *RCO* ‖ 15 lenius ⟨enuntiamus (-auere *dett.*)⟩ *V*, *om.* *CO* | trandere *V*, traducere *C*, *om.* *O* | illi *add. e schol. Bemb.* | tralatum *schol. Bemb.*, tranlatum *V*, transl- *RC*, traductum *O* ‖ 16 ET] ut *C* | traducere *CO* | uetuste *V* ‖ 18 ⟨ter⟩ huic *codd.* | d. *2.* — a.] decus serat *R*, d · e · decus serat a *V*, d · e · (*om.* *O*) ⟨maledictis (deterrere *add.* *O*) parat⟩ decus fuerat *CO* ‖ 19 DETERRERE — inquit *om.* *CO* ‖ 20 fateatur *C* | qui a] quia *RCO* ‖ 21 deest] est *C*

*4* **4** 1 QVI ITA DICTITAT impudentiam ostendit per frequentatiuum uerbum. 2 QVAS ANTEHAC FECIT FABVLAS et hic lentum accusatorem facit, qui praeterita ingerat et de quibus iam sit iudicatum in melius.

*5* **5** 1 TENVI ESSE ORATIONE ET SCRIPTVRA LEVI imperitum inducit criminatorem, qui hoc obiciat, quod proprium debet esse comici stili. 2 Reuera autem hoc deterior a Menandro Terentius iudicabatur, quod minus sublimi oratione uteretur; quod ipsum nunc purgat dicens in tragoedia altiora posse transire.

*6* **6** 1 QVIA NVMQVAM INSANVM SCRIPSIT ADVLESCENTEM ideo uidemur leues tenuesque, inquit, quia in comoedia prodigia facta ⟨non⟩ sunt nec tragoedias concitauimus. 2 *Et* †callide errori reprehendentis, sed etiam imperite scribere ostendit Luscium Lanuuinum. 3 SCRIPSIT legitur et 'fecit'. 4 ADVLESCENTVLVM ut comicam personam ostenderet, artificiose imminuit 'adulescentulum', quo magis persona a sublimitate tragica discessisset.

*7* **7** 1 CERVAM VIDERE FVGERE hic affectus a comoediis remouendus est. 2 CERVAM VIDERE FVGERE ET SECTARI CANES ambiguitas per accusatiuum casum perseuerans usque ad ultimum de industria, ut etiam ipsa perplexitas odiosa sit.

1 imprudentiam *codd., corr. Steph.* ‖ 3 fecit *V* ‖ 4 sit *R* | in *om. COV* ‖ 5 TENVI *om. C* ‖ 6 qui] quia *R* ‖ 7 a *om. OV* ‖ 10 transire posse *V* (*dett.*) ‖ 11 nusquam *et* adulescentulum *Ter.* ‖ 13 facta non sunt *schol. Ricc.*, facta sunt *RV*, sunt facta *CO* | nec *schol. Ricc.*, et *RCO*, in *V* (*dett.*) | tragoedia *V* | concitauimus *schol. Ricc.*, -tamus *codd.* ‖ 14 et callide errori reprehendentis sed etiam imperite scribere ostendit (ostenderet scribere *C*) luscium lanuninum (lauinium *C*) *RC*, ne modo callide errorem reprehenderet sed etiam ut ostenderet imperite lauinium luscium *O*, et callide hic non solum errori obuiat Luscii (e. l. o. *L*, errorem *D*) reprehendentis sed etiam imperite scripsisse ipsum luscium lauinium ostendit (o. l. l. *dett.*) *V* (*dett.*); *fort.* et callide ⟨non modo⟩ errori ⟨repugnat⟩ reprehendentis (*Schoell*) *vel* et c. ⟨n. m.⟩ errare ⟨respondit⟩ reprehendendo (*Goetz*) ‖ 15 igitur *CO* ‖ 17 ostenderet *V* (*dett.*), ostendat et *RCO* ‖ 19 hic — FVGERE *om. R* | hic *O* (*Steph.*), hinc *rell.* ‖ 20 SECTARI *om. R*

*8* **8** ET EAM PLORARE ORARE VT SVBVENIAT SIBI haec omnis περίστασις tragica est et ideo in comoedia uitiosa ducitur.

*9* **9** 1 CVM STETIT OLIM NOVA bene hoc: potuit enim responderi 'cur igitur stetit et non exacta est a populo?'

2 CVM STETIT OLIM NOVA recte 'olim', quasi dicat: cum adhuc Terentius non scriberet, penuria meliorum est probata. deinde quod ait 'noua', hoc significat omnia carmina ipsa nouitate commendari, etsi nullius momenti sint.

*10* **10** ACTORIS OPERA ⟨MAGIS⟩ STETISSE una 'opera' et suffragium scaenicorum comparat et laedit aduersarium.

*11* **11** MINVS MVLTO AVDACTER noue dictum 'minus multo audacter', ut cum dicamus nos 'minus audacter'.

*12* **12** 1 QVI HOC DICAT AVT SIC COGITET omne quod in mentem uenit aut cogitamus aut dicimus. Vergilius (*Aen. II 124—125*) 'et mihi iam multi crudele canebant artificis s. et t. u. u.' 2 Hic sensus est: nunc si quis est qui hoc dicat aut censeat 'improbus est Terentius, qui omnes prologos de maledictis ⟨habet⟩', habeat is hoc responsum sibi 'aduersarium coegisse qui prouocauerit'. nam quid faceret Terentius, cum de palma artis musicae certandum uideat esse sibi?

*13* **13** LACESSISSET PRIOR aut 'lacessisset' abundat aut 'prior'.

*14* **14** 1 NVLLVM INVENIRE PROLOGVM 'prologum' modo non hominem sed verba significat. 2 NOVVS hic, quod supra praetermisit, u e t e r i supposuit n o u u m.

1 ET *om. V* ‖ 2 omnino *V* | περίστασις *Steph.*: perifrasis *codd.*, peritasys *schol. Bemb.* | et *om. R* | uitiosa dicitur *schol. Bemb.*, uitiose inducitur *V* (*dett.*) ‖ 4 hoc ⟨positum est⟩ *dett.* | potui *R*, posuit *CO* ‖ 5 respondit *CO* ‖ 6 CVM — NOVA] olim *R* ‖ 7 est *om. R* ‖ 8 ⟨q,⟩ omnia *R* ‖ 9 nouitate ipsa *V* (*dett.*) | sunt *RCO* ‖ 12 ⟨hoc⟩ nouum *CO* | minus m · au · ut *C*, multo aut *O*, **** (*in mg.* delete erant littere) *R* ‖ 13 dicimus *V* | nos *om. OV* ‖ 14 QVI] quia *R* ‖ 15 mente *RO* ‖ 15 ⟨ut⟩ uirg· *V* ‖ 16 et] ut *CO* ‖ 17 Hic *om. CO* ‖ 18 dicat hoc *CO* ‖ 19 habet *add. e schol. Bemb.* ‖ 22 uideatur esse *R*, esse uideat *C* | ubi *C*, *om. O* ‖ 25 prologum *om. R* ‖ 27 supposuit] opposuit *Westerh.*; reddidit *schol. Bemb.*

*15* **15** NISI HABERET CVI MALEDICERET mire ‘haberet’, quasi dubium non sit maledicendum esse Luscio.

*16* **16** 1 IS SIBI RESPONSVM HOC HABEAT IN MEDIO huic rei per qualitatem respondet: aduersarium cogere, ut sic agat. 2 IN MEDIO OMNIBVS PALMAM ESSE POSITAM sensus hic est: inueniret, inquit, sed maluit, cum de palma certandum sit, aduersario respondere laedenti. uerum oratorie manifesta soluere non curauit, hoc est ‘inueniret’; hoc enim subiciendum fuit. 3 OMNIBVS et nouis et ueteribus poetis. 4 PALMAM pro causa certaminis posuit, et ideo non esse mirandum, si pugnant, quibus causa certaminis praesto est.

*17* **17** 1 QVI ARTEM TRACTANT Vergilius (*Aen. I 601—602*) ‘nec quicquid ubique est gentis Dardaniae, m. q. s. p. o.’ 2 *Et* περιφραστικῶς ἀντὶ τοῦ ‘qui comoedias scribunt’.

*18* **18** 1 ILLE AD FAMEM HVNC AB STVDIO hic maxime incipit soluere, quod sibi superius ipse proposuit. 2 ILLE AD FAMEM HVNC AB STVDIO nunc ‘quid est’ inquit ‘poetam uituperare nisi ad famem reicere?’; nam poetae probi uendebant fabulas suas et harum pretiis alebantur. 3 †ILLE AD FAMEM HVNC AB STVDIO cur lacessitus respondes? ‘certamen est’ inquit. 4 AB STVDIO STVDVIT REI. uetuste, ut (*Eun. III 5, 8*) ‘luserat ludum’ et (*cf. Lucil. libr. inc. fr. 111 M.*) ‘pugnam pugnauit’.

2 esse Luscio *schol. Ricc.*: esse Lusci’ *C*, luscio *R*, esse *V* (*dett.*) *schol. Bemb.*, is scilicet lutius lauinius *O* ‖ 3 IS *om. RCO* | habet *V* ‖ 4 respondit *CO* ‖ 5 palmam omnibus *CV* (*dett.*), palmam *O* | ESSE POSITAM *om. R* ‖ 6 hic *om. O* | inuenerit *V* ‖ 8 inueniret̃ *O*, inuenire et *rell.* ‖ 9 nobis *R* ‖ 11 esse] est *Steph.* | pugnauit *C* ‖ 13 tractent *V* | Vergilius *om. RC* ‖ 14 ubique *om. V* | o. *om. R* ‖ 15 Et *om. CO* | ΠЄΡΙΦΡΑⅭΤΙΚѠⅭ et Α Τ ΤΟΥ *cod. Cuiac.*, *περιφραςικωσ . . αν . . τοὺ R*, per *περιφρασΗκωσ* et *ἀντΗ τοῦ V*, ****** *CO*; peierasticos anti *schol Bemb.* ‖ 16 famam *C*; *sic et 18* | a studio *O*, a · st · *R* | hic — STVDIO *om. R* ‖ 17 solui *C* ‖ 18 HVNC AB STVDIO *om. V* | nunc — STVDIO *om. O* ‖ 19 probati *Hartman* ‖ 20 eleuabantur *R*, eleuantur *C* ‖ 21 ILLE — STVDIO] *schol. pertinet ad v. 19* | a · st · *R* | respondens *RCO*, -det *V* ‖ 23 ut ⟨et⟩ *V* | iusserat *RCO*

20 **20** 1 BENEDICTIS SI CERTASSET AV. B. bene 'certasset', quia supra (*v. 16*) dixit 'in medio omnibus palmam esse positam', quasi dicat: quicquid in certamen uenerit, in eo uincendos aemulos esse. 2 SI CERTASSET ἀντὶ τοῦ 'prouocasset': ab eo quod praecedit id quod sequitur. Vergilius (*Aen. I 548—49*) 'nec te certasse priorem paeniteat'. 3 AVDISSET BENE bene audire est bene dici, laudari.

21 **21** 1 QVOD AB ILLO ALLATVM EST id est maledictum (*cf. v. 3*). 2 QVOD AB ILLO ALLATVM EST ID SIBI RELLATVM PVTET prouerbiale est: quod dedit, recepit. 3 *Et* geminauit L, ut (*Verg. Aen. I 30*) 'relliquias Danaum'.

22 **22** 1 DE ILLO IAM FINEM FACIAM *ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τοῦ λέγοντος.* 2 DICENDI MIHI PECCANDI CVM IPSE DE SE et 'mihi' et 'de se' proprie positum est, et praeterea *ἀμφιβολία.*

23 **23** 1 PECCANDI maledicendi an ⟨uere⟩ peccandi? 2 CVM IPSE DE SE FINEM NON ⟨F.⟩ prius ego, inquit, de illo finem faciam quam ipse de se. 3 *Et* prius ego dicendi faciam quam ille peccandi finem. 4 NON FACIT pro 'non faciat', ut (*Eun. II 1, 24*) 'mirum ni egomet turpiter hodie hic dabo'.

24 **24** 1 NVNC QVID VELIM ANIMVM ATTENDITE deest 'quae-

1 certasse *O*, cer · *R* | AV. B. bene] an hoc bene *R*, tam (tum *O*) hoc bene *CO*, tam bene hoc *V* | certasset ⟨et⟩ *RCO* ‖ 3 certamine *V* ‖ 4 [uincen]dus aemulu[s est] *schol. Bemb.* | certasset *bis V* | *ἀντι τὺ* ·i· *R*, *ἀντΗτοῦ* ·i· *V*, ***** *CO* | ⟨p⟩ prouocasset *R* ‖ 5 ab eo] hic *R* ‖ 9 quid *V* | ablatum *COV* | id — ALLATVM *om. O* ‖ 10 ablatum *CV* | ID SIBI] et sibi *R*, sibi *CO*, sibi id esse *V* ‖ 11 rellatum $V^2$, relatum *rell.* ‖ 12 L *om. RCO*; ⟨τὸ⟩ L*?* | relliquias *CV*, reliquias *rell.* ‖ 13 *ἀπὸ τησ ἐτικιασ τοῦ εἄιτοντ*$^{οσ}$ *R*, *ἀπὸ τῆσ επικίασ τον αἰτοπτοσ V*, ***** *CO*; *λέγοντος Steph.*, *cf. II 1, 40* ‖ 14 IPSE DE SE] idem *codd.* ‖ 15 et *1.*] ẽ *V* ‖ 16 *ἀμφιβολια R*, *αμφιβολογία V*, ***** *CO* ‖ 17 an] aut *schol. Bemb.* | uere *add. W.*, *cf. I 1, 15; I 2, 24* ‖ 18 inquit ego *COV* ‖ 19 ipse — quam *om. O* | prius et (ē *C*) dicendi ego *CV* ‖ 20 non faciat pro non faciet *R* ‖ 21 ne *RV*, *om. C* | egomet ⟨me⟩ *CO*, ego m$^{e}$ *V* ‖ 22 hinc *V*, *om. RCO* ‖ 23 num *R*

ritis', ut sit: nunc quid uelim quaeritis? animum attendite. 2 NOVAM Latinam dicit.

*25* **25** EPIDICAZOMENON QVAM VOCANT COMOEDIAM manifeste hic errat Terentius; nam haec fabula quam transtulit Epidicazomene dicta est a puella, de qua iudicium est, cum sit ⟨alia⟩ fabula Epidicazomenos eiusdem Apollodori. debuit ergo dicere 'Epidicazomenen'.

*26* **26** 1 LATINI PHORMIONEM NOM. φόρμιον tegiculum dicunt Graeci, a quo insternitur pauimentum, — unde Φορμίων correpta prima syllaba apud Apollodorum est. *non ergo a formula, ut quidam putant* — et inde parasitus, uilissimae condicionis homo, nomen accepit.

*27* **27** QVIA PRIMAS PARTES QVI AGET 'primas' nunc maximas: ad actorem enim rettulit. Cicero (*divin. in Caec. 15, 48*) 'saepe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium'.

*26* **26** 2 PHORMIONEM si a formula esset nomen comoediae, produceremus primam syllabam, si a phormione, corripere debemus.

*28* **28** 1 PER QVEM RES GERETVR MAXIME quia 'primae partes' etiam aliud significabant. *non ergo nunc primum actum dicit, sed summas partes.* 2 *Et* bene 'maxime', quia et per alios.

1 sit num *R*, *om.* *CO* | animaduertite *R* ‖ 2 ⟨apporto⟩ nouam *V* | Latinam dicit *om.* *V* ‖ 3 *επιδικαζομενον* *V*, ***** *CO* | comoediam uocant *V* ‖ 4 ⟨hic⟩ transtulit *O* ‖ 5 epidicazomenes *V* | dicta est] dicte $C^1O$, dicta $C^2$, -am *R* ‖ 6 alia fabula *schol. Bemb.*, fabula *V*, facile *CO*; *in R scriptura evanuit* ‖ 7 epidicazomenon ⟨graeci⟩ *V* (*dett.*) ‖ 8 for · *R* | nam *COV*, non *R* | φόρμιον *Steph.*: formion *R*, ph- *V*, phormio *CO* ‖ 9 a qua *R*; quo *Steph.* | consternitur *R*, sternitur *O* ‖ 10 Φορμίων *W.*: formion *R*, phormio *COV* ‖ 11 quidam putant ⟨dictum est⟩ *V* (*dett.*), ****** *R* | et inde *V* (*dett.*), inde *R*, unde *CO*; ergo inde *schol. Bemb.* ‖ 12 homo *om.* *V* (*dett.*) ‖ 13 partes primas *V* (*dett.*) | qui agit *O*, q · a · *R*, ait *C* | primas *om.* *C* ‖ 17 a *om.* *R* ‖ 18 producemus *V*; protraheremus *schol. Bemb.* | *noli* phormio *coll. schol. 26, 1, nam cf. I 2, 72 et Thes. gl. s. v.* formio ‖ 20 RES *om.* *O* | gerẽtur *D*, geritur *rell.* ‖ 21 significabunt *R*; -cant *ed. pr.* | nunc *post* dicit *V* ‖ 22 summas sed partes *C*, *om.* *O* | Et *om.* *CO* | maxime] alios *CO*

*29* **29** VOLVNTAS VESTRA SI AD P. A. D. O. ‘si uoluntas accesserit’ pro ‘si faueritis’ noue, *scilicet uoluntatem pro fauore ponit.*

*30* **30** 1 ADESTE AEQVO ANIMO fauor in comoedia silentium spectatoris est. recte ergo addidit ‘per silentium’. 2 AEQVO ANIMO nunc propositio est.

*31* **31** NE SIMILI VTAMVR FORTVNA ATQVE VSI SVMVS ne populum laederet, fortunam maluit accusare.

*32* **32** 1 CVM PER TVMVLTVM NOSTER apparet Hecyram ante Phormionem actam esse, cui contigit id quod queritur populum subaccusans. 2 NOSTER GREX MOTVS EST LOCO locus est distributio temporum, quae cuique in spectaculum uenturo attribuuntur ab aedilibus; unde ‘loco motus’ dicitur, qui suas horas non obtinuerit inter praecedentes et consecuturos. *ergo proprie.* 3 Sic et Cicero (*in Catil. II 1, 1*) ‘loco ille motus est, cum est ex urbe pulsus’.

*33* **33** 1 QVEM ACTORIS VIRTVS ubique laudat actorem; est enim poetae utile. 2 QVEM ACTORIS VIRTVS qui exclusus totiens animos non abiecerit, sed perseuerauerit agere. ideo ‘uirtus’ est. 3 RESTITVIT LOCVM bene repetiuit ‘locum’, ut ἀμφιβολίαν uitaret, ne ‘quem’ tumultum dicere uideretur.

*34* **34** 1 BONITASQVE VESTRA ADIVTANS ATQVE AE. ‘bonitas’ in omnibus generaliter rebus, ‘aequanimitas’ in spec-

1 SI — uoluntas *om. O* | D. O. — accesserit *om. R* ‖ 2 noue *ex* none *corr. R*, nonne *CO* | scilicet *Sabbad.*: sic *COV*, siccio *R*, sic cicero(?) *cod. Cuiac.*; sic ‘uoluntate’ pro fauore ponit ⟨in Adelphis (*III 4, 44*)⟩ *Schoell* ‖ 3 ponit *RCO*, posuit *V* (*dett.*) ‖ 5 addit *R* ‖ 6 praepositio *V* | est *om. RO* ‖ 7 NE] ut *CO* | simul *C* ‖ 9 noster ⟨g. hic⟩ apparet *O* ‖ 10 cui *om. CO* | ⟨in⟩ id *CO* | quod *OV*, quo *C*, de quo *R* ‖ 11 EST *om. R* ‖ 12 in *om. R* ‖ 13 loco motus *schol. Bemb.*, locus motus *codd.* ‖ 14 inter — Sic *om. O* ‖ 15 secuturos *C*, assec- *V* | proprie ⟨dixit⟩ *schol. Bemb.* ‖ 16 est *1. et* ex *om. O* ‖ 17 depulsus *Cic.* ‖ 20 animum *V* | obiecerit *R* ‖ 21 est *om. R* ‖ 22 locum *om. CO* | amphiboliam *RV*, -bologiam *O* ***** *C* ‖ 23 uidetur *C* ‖ 24 ADIVTANS — AE. *om. O* | ac *V* ‖ 25 rebus ⟨est⟩ *V* (*dett.*)

tando. 2 An 'bonitas' in spectandis his quae bona sunt, 'aequanimitas' in ignoscendis uitiis atque delictis? 3 An ταυτολογία est? 4 An 'bonitas' circa omnes, 'aequanimitas' circa Terentium? 5 BONITASQVE VESTRA ne totum actori attribuens nihil populo praeter culpam reliquisse uideretur, honoris causa hoc addidit. 6 ADIVTANS sic maluerunt ueteres quam 'adiuuans' dicere. Ennius (*ann. v. 386 M. = 335 V.*[2]) 'o Tite, si quid ego te adiuto curamue leuasso'.

---

# I.

## 1.

35 **1** 1 AMICVS SVMMVS MEVS ET POPVLARIS quod in omnibus fere comoediis, in quibus perplexa argumenta sunt, fieri solet, id in hac quoque Terentius seruat, ut προτατικὸν πρόσωπον, id est personam extra argumentum, inducat; cui dum ob hoc ipsum, quod ueluti aliena ⟨a⟩ tota fabula est, res gesta narratur, discat populus textum et continentiam rerum sitque instructus ad cetera. 2 AMICVS SVMMVS MEVS in hac scaena, quae docendi atque

1 spectandis *R*, probandis *rell.* ‖ 2 in cognoscendis *O*, ignoscendis *RC* ‖ 3 an ταυτολογια est *R*, et ταυτολογία est *V*, * * * * * * *CO* | omnes *D*, omnem *RCV*, (actorem *in mg.*) *O* ‖ 4 -QVE VESTRA ne] aut *CO* ‖ 5 nihil] in hoc *CO* ‖ 6 ⟨religionis⟩ reliquisse *CO* | ADIVTANS] qui secundum *V* (*dett.*) ‖ 7 sic] · s · *CO*, *om. V* (*dett.*) | maluerunt (-rit *O*) ueteres quam adiuuant dicer (d-q-a- *O*) *RCO*, ueteres adiutans dicere maluerit quam adiuuans *V* (*dett.*) | Ennius — leuasso *R*, *om. rell.*; *v. Mus. Rhen. LII 80 et Vahlen ad Enni v.* ‖ 10 meus summus *R*, summus *O* | ET POPVLARIS *om. R* ‖ 12 fieri] teneri *schol. Bemb.* | προτατικον προσωπον *R*, προταστικὸν προσωπὸν *V*, prothaticon prosopori *CO* ‖ 14 quod ueluti *schol. Bemb.*, uel quod uti *codd.* | a *add. e schol. Bemb.* ‖ 15 fabula tota *V* | gesta res *COV* | textum et continentiam *Westerh.*: textum ex (et *O*) continentia *codd.*, continentiam *schol. Bemb.* ‖ 16 institutus *schol. Bemb.* ‖ 17 meus summus *R* | atque instruendi *post* spectatoris *CO*, *om. schol. Bemb.*

instruendi spectatoris causa inducitur, miri extrinsecus lepores facetiaeque cernuntur et sales comici. id enim est artis poeticae, ut cum narrationi argumenti detur opera, iam tamen res agi et comoedia spectari videatur. 3 AMICVS SVMMVS MEVS insinuatio personae eius, quae inducitur ad audiendum argumentum. 4 *Et* uide seruum ostendi Dauum et non ostendi, cuius sit seruus. 5 AMICVS SVMMVS MEVS causa, cur in scaenam procedat Dauus.

6 AMICVS a uoluntate, POPVLARIS a fortuna. 7 POPVLARIS eiusdem condicionis gregisque. Sallustius (*Catil.* *22, 1*) ʽpopularis sceleris sui'. 8 *Et* POPVLARIS populo amatus est. 9 POPVLARIS ciuis est. 10 POPVLARIS humilis est. 11 POPVLARIS uilis ⟨e⟩ populoque factus, ut si quis dicat sordidum popularem⟨que⟩ ciuem. 12 AMICVS SVMMVS MEVS Dauus extra duas familias inducitur, quae in hac sunt fabula, alienus ac per hoc ignarus, cui Geta narret argumentum.

*36* 2 1 HERI AD ME VENIT apparet heri fuisse nuptias.

2 HERI AD ME VENIT propter cognationem E et I litterarum non dubitauerunt antiqui et here et heri dicere et mane et mani et uespere et uesperi. 3 ERAT EI DE RATIVNCVLA deest ʽnam', sed mire subtractum est. 4 ERAT EI DE RATIVNCVLA opportuna diminutio in re seruili: ʽratiuncula' et ʽpauxillulum'. 5 ERAT EI DE RATIVNCVLA moraliter intulit ʽerat ei': magis enim facetum est

1 miri *schol. Bemb.*, mire *codd.* ‖ 3 cum] dum *schol. Bemb.* | narratione *CO* ‖ 4 iam tantum *V*; iam tum *Sabbad.* ‖ 7 seruus sit *CO* ‖ 9 a *1. om. R* | a *2. om. RCO* ‖ 10 conditio *C* | gregisque *cod. Cuiac.*, grecisque *CO* (*dett.*), (*in mg.* al' generisque) *R*, generisque *V* ‖ 11 ⟨* * *⟩ popularis *CO* | sui sceleris *COV* | Et *om. O* ‖ 12 est ⟨et⟩ *V* | ciuis] eius *cod. Cuiac.*, ciuilis *schol. Bemb.* ‖ 13 est *om. R* | e *add. Steph.* | ⟨pro⟩fectus *Goetz* ‖ 14 -que *add. e schol. Bemb.* | ciuium *CO*; ciuitati *schol. Bemb.* ‖ 15 extra] et geta *R* ‖ 18 heri] here *cod. Cuiac.* ‖ 19 cognitionem *R* ‖ 22 sed] sit *CO* | est *om. RCO* ‖ 23 in re] iure *R*, re *O* ‖ 24 pausillulum *CV* | ei erat *CO* | ratione *C*, *om. R* ‖ 25 moralitate *R*, moraliter litem *CO* | enim] ei *V* | est *om. CO*

et comicum, cum ἀσυνδέτως infertur, quam si diceret 'nam erat ei'.

37 3 1 IAM PRIDEM APVD ME R. de argumento sumitur causa colloquii: nam 'debui' inquit 'Getae, et ille a me exigit, ut muneretur dominus ob nuptias factas'. 2 PAVXILLVLVM quartus gradus diminutionis: paulum paululum pauxillum pauxillulum.

38 4 1 ID VT CONFICEREM ἔλλειψις prima. 2 *Et* CONFICEREM proprie, nam fieri pecunia dicebatur. Sallustius II (*Hist. II fr. 34 M.*) 'quae pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat'. 3 CONFICEREM quia in promptu non erat. 4 CONFECI AFFERO bene, quasi reddendi mora ⟨non⟩ habere fuerit.

39 5 1 NAM ERILEM FILIVM τρόφιμον ⟨Graeci⟩ dicunt. *atque haud scio an Latini quoque 'alumnum' dicere potuerint, nisi hoc mallent.* 2 NAM ERILEM FILIVM EIVS DVXISSE AVDIO mire se applicat argumento.

40 6 1 EI CREDO MVNVS HOC CORRADITVR mire: heri quidem fuerunt nuptiae, sed munus adhuc corraditur, quia in nuptiis etiam septimus dies instaurationem uoti habet, ut in funere nonus dies, quo denicalia concluduntur.

1 ασώνδετω *R*, ασινϑετοσ *V*, assind&eos *C*, assignet *O* | infertur — 3 sumitur *om. O* | nam] non *C* ‖ 3 iam pridem *in ras. R*, iam quidem *C* | R.] & ei *C* ‖ 4 debuit *COV* | ille a me *W.*: ille mea *R*, ille me te *C*, illemet *V*, illi merito *D* ‖ 5 *mun*eretur *V*, numer- *C* ‖ 6 pausillulum *CV* ‖ 7 paucillum *V* | pausilulum *V*, *om. RCO* ‖ 8 ελλιψις ·I· *R*, ἔκλιψισ (*m. 2*) prima *V*, mellipsis ·I· *CO* | Et] ut *CO* ‖ 9 II] ·2· *C*, ·2· *O*, *om. RV* ‖ 10 hispanense *V* ‖ 11 conficere *CO* ‖ 12 conieci *CO* | non *cod. Huls.*, *om. rell.* (*schol. Bemb.*) ‖ 13 habere] ab aere *V* (*Sabbad.*) | ⟨causa⟩ fuerit *V* (*dett.*) ‖ 14 τροφιμον — FILIVM *om. O* | trofimon *R*, trof- *C*, τρόφιμον *V*[2] | Graeci *add. Steph.* ‖ 15 potuerunt *C*, potuerant *V* ‖ 16 hęc *C* | EIVS] c· *R* | DVXISSE AVDIO] dux·e· *C*, d· *R* ‖ 17 ad argumentum *schol. Bemb.* ‖ 18 ei minus hoc·c·c· *R*, & minus (mun- *O*) hoc corradet (-rod- *C*) *CO*, ei munus hoc corradetur *V* ‖ 19 minus adhuc (-hoc *C*) *CO*, adhuc munus *V* ‖ 20 septima *V* | restaurationem *CO* ‖ 21 quod enicalia *CO*, quod cui alia *R*, quo euicalia *V* | conducuntur *C*

2 EI CREDO uxori scilicet. 3 MVNVS HOC COR. 'hoc' pecuniae scilicet 'munus ei c.' et est figura ἐφεξήγησις. 4 CREDO pro 'uere scio'. 5 *Et* EI an uxori an absolute, ut sit: ei rei? 6 CORRADITVR apta in uerbo difficultas, ut in Adelphis (*II 2, 34*) 'minas decem corradet alicunde'. *et (Heaut. I 1, 89) 'corrasi omnia'.*

*41* 7 1 QVAM INIQVE COMPARATVM EST miro ἰδιωτισμῷ morem pro lege esse queritur: 'comparatum' enim constitutum. 2 EI leg⟨itur 'h⟩i'. 3 *Et* 'hi qui minus habent diuitioribus' dixit, ne diceret 'serui dominis'; uult enim latius patere quod dicit et generalem esse sententiam. 4 QVAM INIQVE COMPARATVM EST HI QVI MINVS HABENT garrulos seruos et sententiosos amat comoedia, tristes et parce loquentes tragoedia.

*42* 8 1 VT SEMPER ALIQVID ADDANT mire non 'dent' sed 'addant' et non 'aliquando' sed 'semper'. 2 DIVITIORIBVS pro 'minus pauperibus'.

*43* 9 1 QVOD ILLE docte ad singularem numerum transit a plurali. 2 QVOD ILLE redit ad Getam. 3 VNCIATIM sic ueteres multa. 4 VNCIATIM cum pecunia expensa ferretur more ueterum, non ut nunc adnumeraretur, assis libra erat eiusque partes unciae; rursum unciae unius duodecima pars libella dicebatur. merito ergo non per

2 ei c · *Sabbad.*: erit *codd.* | figura *om. O* | εφεξεγεσισ *V*, apheresis *O*, **** *RC* ‖ 3 ⟨ei⟩ credo *R* | pro uero *CO*, puero *R*, *cod. Cuiac.* | scio · Et EI *om. RCO* | an uxori *om. O* | an *sscr. R*, *om. C* | absoluere *R* ‖ 4 ut sit *om. RCO* | rei] ꝑei *C* ‖ 5 decem] ·xx$^{ti}$· *R* ‖ 7 EST *om. RCO* | διωτισμω *V*, idiotismo *C*, **** *RO* ‖ 8 morem *om. O* | esse queritur *Sabbad.*: conqueritur *codd.* | comparat *CO* | enim *O*, · n · *C*, non *cod. Cuiac.*, *om. rell.* ‖ 9 *schol. 2 om. R* | ei legi *COV*, *corr. Schoell* | Et] ut *RV* | his *CO* ‖ 10 habent ⟨et⟩ *COV* | diuitioris *R*, ditioribus *COV*; diui[tioribus] *schol. Bemb.* | serui *om. C* ‖ 11 enim] herum *CO* | dixit *V* ‖ 12 EST] ut *RCO* | HI *om. CO* ‖ 14 tragoedia] comedia *R* ‖ 15 ADDANT mire non *om. CO* | mire *om. R* ‖ 16 ditioribus *COV* ‖ 18 numerum *om. O* ‖ 20 sic — VNCIATIM *om. CO* | expensam *R* ‖ 22 rursus unciae *V*, *om. CO* | unius] unde *CO*, *om. V* ‖ 23 non — sestertios] **** *C* | non] neque *O*

singulos sestertios neque per singulos denarios neque per singulos asses, sed id quod ὑπερβολικῶς minimum fuit, per singulas uncias 'unciatim' dixit. *et Cicero (in Verr. II, II 10, 26) 'ecquis Volcacio, si sua sponte uenisset, unam libellam dedisset?'* 5 VNCIATIM VIX potuit et unciatim et cito conflari peculium, ut multa pauxillatim sed cito fiunt maxima. merito ergo additum est 'uix'.

6 Sed quid si et 'unciatim' et 'uix' et tamen de lucro? 'de dimenso suo' inquit. quid si ex abundanti? 'suum defrudans genium'. deinde non 'adquisiuit' sed 'comparsit' et ad postremum 'miser', ut iniquitas consuetudinis comploratione finiretur. 7 DE DIMENSO SVO serui quaternos modios frumenti in mense accipiebant et id 'dimensum' dicebatur. 8 *Et* utrum a mense an a metiendo incertum est.

44 **10** SVVM DEFRAVDANS GENIVM ut contra genialia curare dicitur, qui uiuit lautius.

45 **11** 1 ID ILLA nupta scilicet. 2 VNIVERSVM ARRIPIET contra illud quod 'unciatim' dixerat. 3 VNIVERSVM ARRIPIET magna uirtus paene in singulis syllabis: contra illud quod ait 'ille' 'illa' rettulit, contra 'unciatim uix' et 'de dimenso suo' 'uniuersum', contra ⟨id⟩ quod ait 'munus corraditur' 'arripiet', contra 'suum defraudans genium' et 'comparsit miser' 'haud existimans quanto labore partum'. 4 HAVD EXISTIMANS uel intellegens uel

1 sextertios *RV* ‖ 2 quod per ὑπερβολικῶς (hiperbolicos *CO*) *COV*, quod **** *R* | minimam *R*, nimium *CO* ‖ 3 Cicero] bñ *CO* ‖ 4 et quis *RCO*, quis *V* | uolcatio *R*, uulc- *V*, uulg- *CO* ‖ 5 unciatim et *om. O* ‖ 6 paulatim *V*, pauxillulatim *O* ‖ 7 sed] et *CO* | merito *om. R* | addidit *R* | est uix] *** *R* ‖ 8 si et] sit et *V*, sit *CO* ‖ 9 de ⟨di⟩ dimenso *COV* | quid ⟨quod⟩ *CO* | abundanti ⟨est⟩ *V* ‖ 10 defraudans *COV* ‖ 13 acc- frum- in mense *CO*, acc- in mense frum- *V* ‖ 14 demensum *R* | a *2. om. R* ‖ 16 ut contra *om. V* ‖ 17 latius *CO* ‖ 18 nupta sit *C*, ·s· nupta *O* ‖ 19 contra — ARRIPIET *om. C* | dixerit *O* ‖ 21 et *om. V* ‖ 22 demenso *R* | quod contra *CO* | id *add. Steph.* ‖ 25 partum ⟨sit⟩ *RCO*, ⟨sit⟩ partum *V* (*dett.*) | aut *C*, *om. R* | uel *1.*] aut *R*

recogitans ac reputans. 5 HAVD EXISTIMANS pro 'aestimans'. Sallustius (*Hist. III fr. 48, 1 M.*) 'si, Quirites, parum existimaretis'.

46 **12** 1 QVANTO LABORE PARTVM hoc sic pronuntiandum, quasi nunc ei uenerit in mentem saepius passurum Getam, quod semel tolerare grauissimum iudicarit. 2 QVANTO LABORE ut (*Verg. Aen. VII 244*) 'reliquias Troia ex ardente receptas'. 3 PARTVM <'partum'> proprie dicitur de eo quod labore quaesitum est, quia nullus partus est sine doloribus ac labore. 4 PORRO <AVTEM> GETA FERIETVR ad paupertatem rettulit 'ferietur', nam et damnum plaga et res sanguis dicitur (*cf. 13, 2*).

47 **13** 1 FERIETVR ALIO MVNERE significanter non 'fungetur munere' sed 'ferietur' dixit. 2 FERIETVR ALIO MVNERE ex consuetudine 'ferietur', nam et plagam damnum et sumptum sanguinem nostrum dicimus (*cf. 12, 4*). 3 VBI ERA PEPERERIT quae supra (*v. 11*) 'illa' dicta est.

48 **14** 1 PORRO ALIO AVTEM 'alio' et 'alio' quod dicit pro multis pronuntiandum est. 2 VBI ERIT PVERO NATALIS DIES cum adiectione temporis cuiuslibet natalis melius dicitur, ut 'natalis <hora>' et 'natale astrum'. sed Vergilius seruiens personae rusticae 'meus est natalis' inquit 'Iolla' (*Ecl. III 76*), nec addidit 'dies'.

49 **15** 1 VBI INITIABVNT hoc uultuose pronuntiandum.

1 ac] uel *O* | HAVD *om. R* ‖ 2 aest-] extimans *CO*, existimans *R* ‖ 3 existimatis *CO*, -marent *V* ‖ 4 partum <sit> *V* (*dett.*) | pronuntiandum <est> *V* (*dett.*) ‖ 6 semel] sepe *CO* | iudicauerit *COV* ‖ 7 reliquias] recipias *CO* ‖ 8 partum (*post* dicitur) *add. V* (*dett.*) ‖ 9 partus *om. C* | sine doloribus est *V* (*dett.*) ‖ 10 ac labore *om. CO* | PORRO GETA *om. R* ‖ 11 rettulit *om. R* | et plaga <et> damnum et res sanguis <noster> *V* (*dett.*) ‖ 13 significat *CO* ‖ 14 dixit *om. O* | FERIETVR *om. CO* ‖ 15 ex *om. R* ‖ 16 dicimus nostrum *C* ‖ 17 peperit *C*, peper· *R* ‖ 18 ALIO *om. V* | AVTEM] ut *C*, & *O* ‖ 20 DIES *om. RO* | natalis <dies (dixit *add. V*) cuiuslibet natalis dies (dies *om. CV*)> *RCV* ‖ 21 melius <·n·> *R* | hora (*cf. Hor. c. II 17, 19, sicut ad* astrum *Hor. ep. II 2, 187*) *add. ex schol. Bemb.*; *cf. etiam Eugr.* ‖ 22 inquit iolla <inquit> *CV* ‖ 24 uoluptuose *CO* | pronuntiandum <est> *O*

2 VBI INITIABVNT ut quidam cibo et potu, ut quidam sacris. 3 VBI INITIABVNT legitur apud Varronem (*Catus vel de liberis educandis*) initiari pueros Eduliae et Poticae et Cubae, dis edendi et potandi et cubandi, ubi primum a lacte et a cunis transierint; quod Vergilius (*Ecl. IV 63*) 'nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est'. hoc annotauit Probus; sed Terentius Apollodorum sequitur, apud quem legitur initiis Samothracum a certo tempore pueros imbui more Atheniensium, quod ut in palliata probandum est magis. 4 VBI INITIABVNT hoc sic inferendum est, non quasi hoc solum sit, sed quasi defatigatus sit enumerando occasiones dandorum munerum.

5 OMNIA HAEC MATER AVFERET hoc rettulit ad offerentis irrisionem, qui putat se puero dare. 6 MATER AVFERET nutrix. an uere 'mater'?

*50* **16** 1 PVER CAVSA ERIT MITTVNDI proprie dixit 'mittundi' de muneribus. 2 SED VIDEON GETAM locuturum ostendit Getam. 3 SED VIDEON GETAM apparet poetam nihil putasse amplius addendum ad insinuandam populo personam Daui et ideo iam induxisse Getam, ut sit causa commutandae orationis.

---

## 2.

*51* **1** 1 SI QVIS ME QVAERET RVFVS mira fide poeta desideratum a Geta ostendit Dauum, siquidem ⟨de⟩ ipso loquitur, a quo reddi sibi debitum sperat. 2 SI QVIS ME

1 VBI INITIABVNT *om.* *CO* ‖ 2 VBI INIT-] ubi ita *CV*, ubi nam *O* | · leg · *R*, legunt *rell.* ‖ 3 Poticae et *om.* *CO* ‖ 4 cubedis edendi *RV*, cube sedendi *CO* ‖ 5 transierunt *RC* ‖ 7 est *om.* *R* | Apollodorum *om.* *CO* ‖ 8 initiis *O*, -tis *RCV* ‖ 9 pueros *om.* *V* ‖ 12 occasionem *R* ‖ 13 omnes *CO* | hoc *C* | aufert *C* ‖ 14 aufert *C*, auferet ⟨· s ·⟩ *O*, auferet ⟨an⟩ *V*, *om.* *R* ‖ 15 an] aut *O* ‖ 16 cā · e · m · *R*, erit causa mittendi *COV* | mittendi *CV* ‖ 19 nil *R* ‖ 20 induxit *COV* ‖ 22 quaerat *COV*, q · *R* | ruffus *OV*, rursus *C*, r · *R* ‖ 23 a getae *V*, getae *C*, getam *O* | siquidem] si quod est *R* | de ipso *Steph.*: ipsum *codd.*

QVAERET RVFVS *ἀποσιώπησις* secunda, nam apparet plura dicturum fuisse. 3 PRAESTO EST DESINE tertia persona, quia ille nominatiuum praetulit.

*52* **2** 1 AT EGO OBVIAM CONABAR TIBI DAVE 'conabar' absolute. 2 An ἔλλειψις est, ut desit 'ire'? 3 *Et* est aduerbium loci. 4 ACCIPE praeuenit petitionem dicendo 'accipe'. et hoc cum gestu offerentis dicitur. 5 EM hoc est quod ait (*I 1, 4*) 'confeci: affero'.

*53* **3** 1 LECTVM EST absolute, nam non dicit quid, *utrum debitum an argentum.* 2 LECTVM EST Lucilius (*l. inc. fr. 113 M.*) 'lecti omnes: Atticon hoc est'. 3 LECTVM EST CONVENIET NVMERVS ordine: prius enim qualitas, deinde numerus pecuniae spectari solet. 4 LECTVM EST CONVENIET NVMERVS QVANTVM DEBVI tribus modis debitum pecuniarium soluitur: pensione, spectatione, numero; quocirca ⟨'accipe'⟩ 'lectum est' 'conueniet numerus quantum debui'. 5 LECTVM EST 'lectum' bonum uel splendidum, ut (*Verg. Aen. X 541—42*) 'arma Serestus lecta refert humeris'. quamuis quidam putant 'lecta' ab eo quod est lego dicta. 6 QVANTVM DEBVI pro 'debitum tibi a me est'.

*54* **4** 1 AMO TE ET NON NEGLEXISSE H. G. amat quod reddiderit pecuniam, agit gratias quod diligenter.

1 quaerat *COV* | ruffus *OV*, rursus *C* | *αποσιοπησισ* secunda *V*, & *ποσιοπησισ* ·II· *R*, aposiopesis I·I· (est *O*) *CO* ‖ 2 persona ⟨de se loquens usus est⟩ *V* (*dett.*) ‖ 3 qua ille *RCO*, quia tale *V*; *corr. Steph.* ‖ 5 an *ελλιψισ* *V*, an clipsis *C*, an nedesis *O*, **** *R* | ire ⟨an absolute⟩ *R* | Et ⟨obuiam⟩ *O* ‖ 6 loci ⟨obuiam⟩ (*dett.*) | prouenit *R* | praeuenit — accipe *om. O* ‖ 7 hem *RV*, e·m· *C*, *om. O* ‖ 8 confici *R* | ad (at *O*) uero *CO* ‖ 9 quid] qui idē *C*, quid aut *V* ‖ 10 an] ut *V* ‖ 11 ad ticon *C*, ad titon *O* ‖ 12 conuenit *CV* | ordine⟨m seruauit⟩ *V* (*dett.*) | dein *R* ‖ 13 conuenit *CV*, c· *R* ‖ 14 ⟨quippe⟩ tribus *dett.*) | tribus — 17 debui *om. CO* ‖ 15 pecuniarum *V* (*dett.*) | numero *post* lectum est (quocirca *om.*) *R* ‖ 16 accipe *add. Steph.* ‖ 17 debui ⟨positum est⟩ *V* (*dett.*) | EST lectum *om. RCO* ‖ 19 humero *R* | eo *om. R* ‖ 20 dictum *Lindenbr.* | quam *R* ‖ 22 ET *om. RO* | NON NEGLEXISSE *om. R* | ha·gr· *O*, *om. rell.*

2 *Et* quare? utrum quia condictum non fefellerit an quia lectum attulerit et numero congruenti? 3 *Et* recte dixit, nam redhibitio debiti hoc agit, ut etiam agamus gratiam.

4 AMO TE ET N. N. H. G. hoc pro gratiarum actione ponitur, et ostenditur uere necessariam fuisse pecuniam.

5 NON NEGLEXISSE ⟨H. G.⟩ in Andria (*I 1, 15*) 'et id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam'.

55 **5** 1 PRAESERTIM VT NVNC SVNT MORES sic et illud dictum est (*Andr. I 1, 40—41*) 'namque hoc tempore obsequium amicos, ueritas odium parit', quia consuetudinis imago est uituperare praesentia. 2 ADEO RES REDIT figurate poeta loquens 'adeo res redit' dixit. 3 *Et* proprie r e d i s s e res dicitur, cum aliquid peius ab exspectatione contigit.

56 **6** 1 SI QVIS QVID REDDIT M. H. E. G. id est: etsi non rem magnam, magna habenda est gratia. *hoc enim significat* '*q u i d r e d d i t*'. 2 SI QVIS QVID REDDIT MAGNA H. ⟨E. G.⟩ hoc qui interrogatiue pronuntiauerit, parum belle explicat conceptam sententiam. 3 HABENDA EST GRATIA deest 'ei'.

57 **7** 1 SED QVID TV ES TRISTIS hic admonemur omnem ab initio sermonem Getae quasi satagentis et anxii pronuntiari accommodatis praesertim ad uultum uerbis. nam et (*v. 1*) 'si quis me quaeret' et (*v. 2*) 'at ego obuiam conabar tibi, Daue' et (*v. 4*) 'amo te et non neglexisse habeo gratiam' in se quoddam contractioris animi occupa-

1 Et] in *RCO* | quia *om. R* | condictum *R* (*schol. Bemb.*), quom dictum *O*, dictum *rell.* | fefellit *CO* | an] at *C* ‖ 2 et] in *COV* | conuenienti *V* ‖ 3 redibitio *R* (*schol. Bemb.*), redditio *rell.* | agit] amo te *CO* | gratias agamus *V* ‖ 5 et *om. C* ‖ 6 neglexerıt ⟨et⟩ *R* | id *om C* ‖ 8 SVNT MORES *om. RCO* | sic] fit *C* ‖ 9 nam *CO* ‖ 12 poeta loquens] pro ita loqueris *V* (*dett.*) ‖ 13 ⟨qı̃⟩ cum *C*, quom *O* | ad *C*, *om. R* | expectationem *C* ‖ 14 contingit *V* ‖ 15 reddat *V* | etsi] si *CO* ‖ 16 hoc] sed *CO* ‖ 17 MAGNA *om. V* | H. *om. CO* ‖ 18 uelle (*sscr.* uere) *R*, bellum *C* ‖ 19 acceptam *R* ‖ 21 hic — *p.* 366, 1 TRISTIS *om. R*, — *p.* 366, 2 rei *om. CO* | admonemus *V*, *corr. ed. pr.* ‖ 22 pronuntiare *V*, *corr. ed. pr.* ‖ 24 querit *V*

tique signum habent. 2 SED QVID TV ES TRISTIS 'sed' particula transitum significat ad mentionem alterius rei.

3 SED QVID TV ES TRISTIS EGONE NESCIS QVO IN M. descensus ad argumentum ab eo sermone, qui extrinsecus a poeta informatus est, ne nuda appareret σύνϑεσις comoediae. et est ἀποσιώπησις. 4 NESCIS QVO IN METV QVANTO IN PERICVLO et pronuntiantis et interrogantis potest esse. 5 NESCIS QVO IN METV duae perturbationum bigae sunt: a malo una, ex cupitis altera. ergo a mali bigis praesentis temporis p e r i c u l u m esse dicimus et futuri m e t u m. 6 NESCIS QVO IN METV pronuntiatiue magis quam percontatiue efferendum est. Sic enim solemus de magnis rebus dicere. 7 NESCIS QVO IN METV ET Q. I. P. S. uix alterum sustineri potest eorum, quae nunc utraque posuit et 'm e t u m' et 'p e r i c u l u m'.

*58* 8 QVID ISTVC EST fac hunc scire et narrandi non erit locus. necessario igitur ignarus inducitur Dauus.

*59* 9 1 MODO VT TACERE POSSIS e re argumenti est celari id, quod Antipho non coactus sed uolens duxit uxorem.

2 MODO VT TACERE POSSIS 'ut' pro 'ne non'. quod si est, subaudiendum est 'uide' aut quid tale. 3 MODO VT TACERE POSSIS 'modo' pro 'tantummodo', ut (*Verg. Aen. III 116*) 'modo Iuppiter adsit'. 4 ABI SIS ⟨IN-

2 rei alterius *V* ‖ 3 SED — TRISTIS *om. RCO* | IN M.] in *C*, *om. R* ‖ 4 discensus *C* ‖ 5 nuda] unde *CO* | appareret scies et est σινϑεσις aposiopesis comoediae *V*, apparet scies et est aposiopesis comedie *CO*, apparere **** comedie *R*; σύνϑεσις (*ex cod. Cuiac.?*) *Lindenbr.* (ὑπόϑεσις *Steph.*; ⟨παρα⟩σκευή *coni. Schoell*). *Fort. post* ἀποσ- *addendum* 'egone?' ‖ 7 QVANTO — et *1. om. R* | pronuntiantis — 11 METV *in mg. R*[1] | interrogantis et pronuntiantis *V* ‖ 9 bãge(!) *R* | ex metu (*in mg.* † cupitis) *V* | malis *C* ‖ 10 praesentis *om. RCO* | dicimus *om. RCO* ‖ 12 afferendum *CO*, asser- *RV*; *corr. Steph.* ‖ 13 ET — S.] inquisiuit *CO* | substinere *R* | utraque nunc *COV* ‖ 15 et *1.*] in *CO* ‖ 16 facit *CO* | narrationi *CO* ‖ 18 MODO VT] et modo *C* | e re argumenti *Teuber*: uere (*om. R*) argumentum *codd.*; *cf. Eun. V 2, 1* ‖ 21 subauditum *O*, *om. C* | est *om. CO* ‖ 22 VT — POSSIS] ut accipiatur pro *C*, aut accipitur pro *O* | tantum *R* | ut ⟨uirg.⟩ *V*, ut (*in mg.* uirgilius) *R* ‖ 23 abusiue nunc insciens *CO*

SCIENS⟩ 'insciens' nunc pro inscito posuit. 5 Vel inscientem modo stultum dicit, alias (*Andr. IV 4, 43*) ignarum.

2 iam] nam *RCO*, *cod. Cuiac.* ‖ 3 animaduertite quid (quoad *V*) *codd.*, *corr. W.* ‖ 4 fit] sit *RCO* ‖ 5 rei alterius *V* ‖ 12 ad portitorem *RCO* ‖ 13 magistris tribus utare idem publicani *RCO* ‖ 14 et ferendarum (refer- *O*) rerum *RCO*, rerum et eferendarum *V* ‖ 16 Et *add. W.* ‖ 17 quod *om. R* ‖ 18 ad me *RC* ‖ 19 ΔCTICMOC *cod. Cuiac.*, ἀντηισμοσ *V*, ***** *RCO* ‖ 20 moralis] more ul' *RCO* ‖ 21 in uitio *C*, in initio *O* | egrediens dicebat *V* ‖ 22 quaerit *V*, -rat *O* | ruffus *OV*, rursus *RC* | dortio *codd.* | ad κοφον προσηπον *V*, ad cophon prosopon *RCO* ‖ 23 dortio dortium *codd.* ‖ 24 planesium ⟨et⟩ glicerium *V*, plane suam (sua *C*) glicerium *RCO*

3.

153 **1** 1 ADEON REM REDISSE VT QVI MIHI CONSVLTVM OPTIME VELIT ESSE in hac scaena color uitae est eorum, qui quicquid immodice concupierint, spernunt postquam uenerit; quod apertiore sententia ostendit poeta dicendo (*v. 20*) 'nostri nosmet paenitet'. 2 ADEON REM REDISSE VT QVI MIHI comparatiua qualitas in hac scaena est inter Antiphonis uitam et Phaedriae; genus causae demonstratiuum. contendunt autem, uter magis miser sit. 3 VT QVI MIHI C. O. V. E. PH. mira sententia, qua ostendit adulescentulos in peccatis neminem magis metuere quam eos, a quibus maxime diliguntur. simulque inducitur rerum imminentium praestructio, in qua sit audax locutor Phaedria, ut ⟨qui⟩ defensor futurus sit, timidus Antipho, ut qui fugiturus sit.

154 **2** 1 PATREM VT EXTIMESCAM ferienda pronuntiatio in eo quod ait 'patrem'. hoc enim magis mirum est ideo patrem timeri, quia 'consultum optime uelit'. 2 VBI IN MENTEM EIVS ADVENTI VENIT nota in mentem uenire ueteres non recordationis causa tantum sed etiam recogitationis considerationisque posuisse. 3 VBI IN MENTEM EIVS ADVENTI VENIT sic ueteres genitiuo casu proferebant.

4 IN MENTEM VENIAT Cicero (*in Verr. I 17, 51*) 'fac tibi paternae legis Aciliae ueniat in mentem'. 5 VENIAT ADVENTI multipliciter declinatur: et ⟨aduenti et⟩ ad-

1 REM] me *RC* | CONSVLTVM ⟨****⟩ *V* ‖ 4 uenerit] inuenerint *schol. Ricc.* | poeta *om. CV* ‖ 5 Adeo *C* ‖ 6 MIHI *om. V* ‖ 9 PH. *om. RCO* ‖ 12 praestructio (*in mg.* aliter perscriptio) *C* | sit *Schoell*: sic *codd.* | locutor *Schoell*: loquitur *RCO*, inducitur *V* (*dett.*) ‖ 13 qui *add. Bentley* ‖ 14 ut qui fu⟨gi⟩turus sit *huc transp. Steph.*; *legitur post* 16 patrem: ut qui futurus sis (sit *cod. Cuiac.*) ‖ 16 mirum] iniurium *V* ‖ 17 quia *ed. pr.*: qui *V*, quam *RCO* | uelit] ueluti *RCO* ‖ 18 VENIT *om. RCO* | uenire in mentem *V* (*dett.*) ‖ 21 VENIT *om. RCO* | si *R* ‖ 22 VENIAT] ueni ad *RC*, uenit at *O* | Cicero] eius *O*, *om. R* ‖ 23 adscilia eueniat (uen- *CO*) *RCO*, auxilium ueniat *V* | VENIAT] ueniạt *V*, uenia *C* ‖ 24 aduenti et *add. Steph.*; *fort. insuper add.* aduentuis et, *cf. Charis. 130, 12; 143, 12*

uentus. sic et in Andria (*II 2, 28*) ‘nihil ornati, nihil tumulti’. 6 VENIAT legitur et ‘uenit’.

*155* **3** 1 INCOGITANS temerarius. Probus ‘nomen incogitans’ inquit ‘in usu est, at non eodem modo cogitans’. 2 ITA EXSPECTAREM VT PAR FVIT nota ‘exspectarem’ nunc opperirer, alias sperarem.

*156* **4** 1 QVID ISTVC EST haec interrogatio est stomachosa extenuare uolentis metum fratris; diuersa enim sentit ob diuersum amoris euentum. 2 QVI TAM AVDACIS FACINORIS MIHI CONSCIVS SIS proprie ad terrorem, qui de facinore loquitur, conscium dixit. 3 ROGITAS QVI TAM AVDACIS F. bene timens inducitur Antipho, ut sit causa fugiendi; ad hoc enim fugiet, ne ad amittendam coniugem cogatur a patre ante errorem fabulae patefactum.

*157* **5** 1 QVOD VTINAM NE PHORMIONI gratissime non Phormioni succenset sed Phormionis inuento. 2 *Et* uide, ut et ipse se culpae subtrahat. 3 *Et* familiare est initia accusare rerum, quos alicuius negotii paenitet. 4 VTINAM NE PH. uetus elocutio ‘utinam ⟨ne⟩’, ut Ennius in Medea (*M. exul. fr. 1 Ribb.*³ *et V.*²) ‘utinam ne in nemore Pelio unquam sectae cecidissent ad terram trabes’. 5 *Et* ‘ne’ non accipiendum.

*158* **6** 1 NEV ME CVPIDVM EO IMPVLISSET bene hoc addidit ad excusationem: potuit enim dici ‘non consentires’. 2 EO IMPVLISSET ‘eo’ scilicet ad uxorem ducendam. 3 An ‘eo’ in tantum? 4 QVOD MIHI PRINCIPIVM EST MALI bene, quasi caput mali non in amore sed in nuptiis sit.

1 et *om.* *CO* ‖ 2 largitur *RC* ‖ 3 Probus nomen incogitans *Schoell* (*duce Steph.*): improbus (et pr- *O*) non cogitans *codd.* ‖ 4 at] an *COV* ‖ 5 nota expectarem *V* (*dett.*), ni · c · *C*, mt · *R*, ut *O* ‖ 6 operirem *V* | spectarem *RC*, exp- *O* ‖ 7 stomachosa est *V* (*dett.*) ‖ 11 ROGITAS] recogitans *RC*, idest recogitantem *O* ‖ 13 ad mittendam *CO* ‖ 15 ut ne *C*, utinam *V* ‖ 16 sed] sub *RCO* | et ut *C*, ut *OV* ‖ 17 ⟨quod utinam⟩ et familiare *codd.* ‖ 18 VTINAM NE PH.] ut · i · p · *V*, i · r · n · *R*, i · r · t · *C*, · i · rei *O* ‖ 19 ne *add. Steph.* ‖ 21 cecidissent caesae *V* (c—a cec—et *dett.*) ‖ 23 IMPVLISSET — eo *om.* *C* ‖ 25 impulit *RO* | scilicet *om.* *V* ‖ 27 quasi] quia *RCO* | in *1. in ras.* *V*² | sit *ante* sed *V* (*dett.*)

159 7 1 NON POTITVS ESSEM more hominum loquitur: credit enim ex consequenti satietate, quod potuerit abstinere amoribus suis. 2 NON POTITVS ESSEM *ἀνθυποφορὰ μονομεϱής* 'non potitus essem'. non enim illa 'sed potiri uoluisti' posuit, ut (*Verg. Aen. IV 603*) 'uerum anceps pugnae fuerat fortuna. fuisset', hic enim utraque pars ponitur. 3 FVISSET TVM ILLOS MIHI AEGRE ALIQVOT DIES interrogatiue quidam pronuntiant totum, nempe 'fuisset t. i. m. ae. a. d.?'

160 8 1 AT NON COTIDIANA CVRA HAEC ANGERET ANIMVM amatorie loquitur Antipho. errant ⟨igitur⟩ qui putant eum paenitere sui desiderii — nam si hoc est, nec maritus firmus uidebitur fore —; sed hoc dicit: facilius fuisse abstinere uirgine intacta quam ea cum qua iam consuerit, et ideo subiungit 'dum exspecto quam mox ueniat qui adimat hanc mihi consuetudinem'. 2 AVDIO per *εἰϱωνείαν* dicitur modo a contemnente dictum Antiphonis. 3 AVDIO omnia deridet Phaedria cupiens fructum amoris uel periculis adipisci. est ergo 'audio' *εἰϱωνεία* pro 'non audio', hoc est: nihil dicis.

161 9 1 DVM EXSPECTO QVAM MOX VENIAT non q u a n d o, sed q u a m c i t o, quia timet. 2 QVI ADIMAT HANC MIHI CONSVETVDINEM mire non 'amorem', tamquam amore carere potuerit, consuetudine non possit. 3 *Et* nota proprietatem dicti, nam c o n s u e t u d o specialiter de coitu dicitur.

1 more — ESSEM *om. RCO* ‖ 3 ESSEM — 7 ponitur] *ἀντιφοϱα* (antropophora *O*, **** *RC*) ut (*om. RCO*) uerum anceps pugnae fuerat fortuna fuisset · hic enim utraque pars ponitur · Non potitus essem · monomeres (mon- *om. RCO*) non ne (ut *V*) illa sed (hic *RCO*) potiri uoluisti posuisset (pos- *om. RCO*) *codd.; corr. Steph. et Sabbad.* ‖ 7 ILLOS] illud *V*, *om. RCO* | DIES *om. RC* ‖ 8 quidam totum interrogatiue pronuntiant *V* (*dett.*) | nempe *bis RC* ‖ 9 i. *om. RCO* ‖ 11 igitur *add. W.* ($\overset{i}{\text{g}}$ *ante* $\overset{i}{\text{q}}$ *om.*); itaque *Schoell* ‖ 13 fore] esse *V* ‖ 14 ⟨a⟩ uirgine *V* ‖ 15 hanc mihi adimat *V* (*dett.*) ‖ 16 per ironiam *OV*, per **** *RC* ‖ 17 modo] $\overset{i}{\text{m}}$ *CO*, *om. R* | continente *codd., corr. Steph.* ‖ 19 audio *1. om. V* | *ἰϱωνια V*, *ϋϱωνϋα R*, ironia *O*, *** *C* ‖ 23 mire — consuetudine *om. RCO* ‖ 25 dicti nam] dignam *O*, -na *RC*

*162* **10** 1 ALIIS QVIA DEFIT QVOD AMENT magnificentius 'aliis' quam si diceret 'mihi'. 2 TIBI QVIA SVPEREST DOLET laborauit, ut ostenderet plus esse 'dolet' quam 'aegre est'; et ideo insanum ait Antiphonem, qui in ea fortuna positus quae aduersae contraria est, idem patiatur quod miser. et est figura ὑπόζευξις, nam ad utrumque 'aegre est' sufficere potuit. scire autem debemus ⟨et⟩ enuntiatiue et per interrogationem hoc ipsum posse pronuntiari.

*163* **11** 1 AMORE ABVNDAS ANTIPHO hoc sic pronuntiandum, quemadmodum solet cum stomacho dici uituperanti cibum 'non esuris' aut 'pleno uentre es'. uult enim ostendere satietatis hoc esse, non ratiocinationis, quod nunc queritur Antipho.

*162* **10** 3 TIBI QVIA SVPEREST D. id est: eo quod desideras abundas. 4 Ordo est: tibi dolet.

*163* **11** 2 AMORE ABVNDAS ANTIPHO a b u n d a r e dicitur, qui successu prospero affluit. Lucilius libro tertio (*fr. 53 M.*) 'ille alter abundans cum septem incolumis pinnis r. a. r. s.' 3 AMORE ABVNDAS ANTIPHO hoc cum pronuntiatione infert.

*164* **12** 1 NAM TVA QVIDEM HERCLE CERTE VITA HAEC bene 'certe', quia supra omnia cum εἰρωνείᾳ dixit. 2 VITA HAEC EXPETENDA 'uita' dixit, ut ostenderet, etiamsi non 'felicitas' sed 'uita' dicatur, optandam esse. 3 'Vita' autem et m o r e s significat et a n i m u m et a l i m e n t u m et s p a t i u m u i u e n d i et f o r t u n a m a c c i d e n t e m u i u e n-

1 desit *codd.* ‖ 2 aliis ⟨dixit⟩ *V* (*dett.*) ‖ 4 ait *om. RCO* ‖ 5 aduersae *Hartman*: aduersa et *codd.* ‖ 7 et *add. Steph.* ‖ 8 pronuntiari posse *V*, pronuntiare *RCO* ‖ 11 dici stomacho *C* ‖ 12 non esuris aut *cod. Cuiac.*, ut *rell.* | es *cod. Cuiac.*, est *rell.* ‖ 18 tertio] · III · *R*, III° *V*, 3° *C* ‖ 19 alter] autem *RCO* | incolumis pinnis] in (est *O*) locum his p^i^nnis (primis *C*, prin · rus *O*, pianis *V*) *codd.* | r · a · r · p · *codd.*; redit ac recipit se *schol. Pith. ad Iuven. III 158* ‖ 22 CERTE — HAEC] haec uita certe *V*, uita haec *RCO* ‖ 23 omnia *om. RCO* | ὒϱωνὒα *R*, ironia *OV*, * * * * *C* ‖ 24 HAEC *om. RCO* ‖ 25 uita *om. C* | optanda *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 27 nubentibus *RCO*

tibus, ut modo. 4 EXPETENDA OPTANDAQVE proprie dixit 'expetenda optandaque': omnia enim quae auemus, aut industria aut uoto proueniunt, hoc est: aut in nobis sunt aut in fortuna posita.

*165* **13** 1 ITA ME DI BENE AMENT VT MIHI LICEAT necessario iurat, quia quod dicturus est solis amatoribus uidetur esse credibile. 2 ITA ME DI BENE AMENT VT MIHI LICEAT TAM DIV QVOD AMO FRVI opportunus locus, in quo ostenditur, quam magno amore sit possessus Phaedria, cui par impenditur argumentum. 3 TAM DIV QVOD AMO FRVI quam diu uxore fruitur Antipho. 4 An 'tamdiu' δεικτικόν, quasi dicat: tantum diu et tantisper, hoc est: uel tantillo tempore? 5 QVOD AMO FRVI deest 'eo', ut sit: eo quod amo frui.

*166* **14** 1 IAM DEPACISCI MORTE pactione transigere. 2 TV CONICITO CETERA aut 'cetera' abundat aut deest 'per', ut sit: per cetera.

*167* **15** 1 QVID EGO EX HAC INOPIA NVNC CAPIAM infortunium scilicet. 2 ET QVID TV EX ISTA COPIA fructum ac felicitatem.

*168* **16** 1 VT NE ADDAM παράλειψις figura, in qua uelut ex abundanti enumerantur adiecta. 2 INGENVAM LIBERALEM hoc natalium, illud morum est. 3 VT NE ADDAM σχῆμα τῆς παραλείψεως. 4 VT NE quod Graeci ἵνα μή.

1 expectenda *O*, expectanda *RC* | ⟨atque⟩ optanda *V* | QVE] hoc *RCO*, e *V* ‖ 2 ⟨atque⟩ optanda (*om.* -que) *V* | auemus *Sabbad.*: habemus *R*, habemus amamus *O*, amamus (*in mg.* aliter habemus) *C*, amamus *V* (*dett.*), agimus *schol. Ricc.* ‖ 3 in nobis . . . in fortuna *V* (*dett.*), *schol. Ricc.*, in fortuna . . . in nobis *RCO* ‖ 7 credendum *V* (*dett.*) ‖ 8 QVOD] quam (*in mg.* aliter quod) *R* ‖ 12 δεικτικόν quasi dicat *W.* (*duce Steph.*): dictum quod *codd.* ‖ 13 ut sit eo *et* frui *om. RCO* ‖ 15 DEPACISCI] *sic Ter. codd.* $G^1E^1$; depec- (*vel* depic-) *rell.* | mortem *CV*, -tis *O* | pactionem *Steph.*, *at v. Thes. gl. s. v.* depecisci ‖ 16 aut cetera *om. RCO* ‖ 17 sit *om. C* ‖ 18 copiam *R*, *om. O* | infortunii *V* ‖ 19 ISTA] hac *V* ‖ 21 παράλειψις *Steph.*: παραληψις *V*, παρελπσισ *R*, **** *CO* ‖ 22 ⟨et⟩ liberalem *V* ‖ 24 CXHMΔΔICΠΔPXΔPIΨIC *cod. Cuiac.*, εχηαλαλησπαραεηξησ *V*, ******* *RCO* | VT *om. C* | ἵνα μή *ed. pr.*: ηναλην *V*, **** *rell.*

169 **17** 1 QVOD HABES ITA VT VOLVISTI 'uoluisti' subdistinguendum est et sic legendum 'uxorem' ἐμφατικώτερον. 2 VT VOLVISTI VXOREM bona praeparatio uxoris futurae. 3 SINE MALA FAMA PALAM multi superioribus iungunt 'palam'.

168 **16** 5 SINE SVMPTV INGENVAM LIBERALEM contra ea quae patitur ista posuit omnia: huius in amore copiam, suam inopiam; huius desiderium nullo constitisse sumptu, sibi a lenone emendam puellam; huius ingenuam, suam seruam; huius liberalem, suam citharistriam; hunc nactum esse, se sectari tantum; huius uxorem, amicam suam; huius amorem maritalem esse, suum uelut prodigi, uelut scortatoris.

170 **18** 1 NI VNVM HOC DESIT ANIMVS QVI MODESTE ISTAEC FERAT 'modeste' moderate. Sallustius libro secundo (*Hist. II fr. 17 M.*) 'modestus ad alia omnia nisi ad dominationem'. 2 MODESTE cum modo.

171 **19** 1 QVOD SI TIBI RES SIT CVM EO LENONE 'et' modo non conexiua, sed inceptiua coniunctio est. Sallustius libro secundo (*Hist. II fr. 114 M.*) 'et Poeni fere aduersus a. n. e. m.' 2 SENTIAS sic alibi (*Heaut. III 1, 45—46*) 'sit rogas? sensi'.

172 **20** 1 ITA PLERIQVE INGENIO SVMVS OMNES NOSTRI NOSMET PAENITET παρέλκον tertium. in Andria (*I 1, 28*) 'quod plerique faciunt omnes adulescentuli'. 2 *Et* est ἀρχαϊσμός,

1 HABES — VT] habeat aut *RCO* | uoluisti *om. C* ‖ 2 uxorem enim ἐμφατϊκωτερωμ *R*, uxorem enim erit ἐμφατικώτερων *V*, uxorem ·n· ***** *CO* ‖ 3 VOLVISTI] quod *RCO* | VXOREM *om. V* ‖ 4 superius *codd., corr. W.* ‖ 6 eam *V* ‖ 7 copia *codd., corr. Steph.* ‖ 11 se *om. RCO* ‖ 14 ISTAEC] hec *RC*, hoc *O* ‖ 15 fecerat *R* | li°·ĪĪ· *R*, li·n°· *O*, li°·2° *C*, l·II *V* ‖ 17 MODESTE cum modo *om. RCO* ‖ 18 et] *hoc igitur pro* quod *legit scholiasta* ‖ 19 coniunctione (*om.* est) *R* ‖ 20 li°·ĪĪ *R*, li°·2°· *C*, l·II° *V*, ·n· *O* | Poeni *cod. Huls.*, poni *RCO*, potui *V* ‖ 21 a·n·c·m· *COV* | sic] si *RCO* ‖ 23 ita⟨que⟩ *RC* ‖ 24 *αποσιωπησισ* III (*in mg.* uel *παρελκων*) *V*, ***** III (·III·$^{m}$ *R*, *om. O*) *RCO* ‖ 25 *αρκαισμοσ V*, *αρθεσμοσ* (*ρθεσ in ras.*) *R*, ***** *CO*

ut (*Eun. I 2, 5*) 'accede ad ignem hunc: iam calesces plus satis'.

*174* **22** 1 CVI DE INTEGRO EST POTESTAS deinceps. 2 An 'de integro' id est integris rebus?

*172* **20** 3 NOSTRI NOSMET PAENITET paenitet eum, qui parum putat. *ergo 'ipsi nos' inquit 'nostra contemnimus'.* sic et in Heautontimorumeno (*I 1, 20*) 'at enim, dices, me quantum hic operis fiat paenitet'.

*175* **23** RETINERE AMARE AMITTERE coniuncte legendum est 'quid uelis retinere', ut duo sint 'amare amittere', quia et infra duo reddit 'ut neque mihi sit amittendi neque retinendi copia'.

*176* **24** AMITTENDI propter amorem, RETINENDI propter patrem.

*178* **26** 1 EI 'ei' interiectio ingemiscentis, ut (*Verg. Aen. XI 57—58*) 'ei mihi, quantum praesidium Ausonia et quantum tu perdis, Iule!' 2 EI TIMEO MISER QVAM recte iam timet, quia in metu semper est 'praesaga mali mens' (*Verg. Aen. X 843*).

---

4.

*179* **1** 1 NVLLVS ES GETA NISI IAM TIBI ALIQVOD CONSILIVM in hac scaena serui currentis officium est tendens ad perturbationem Antiphonis, quem oportet abesse conspectui patris usque ad cognitionem rerum et καταστροφήν fabulae.

2 CONSILIVM CELERE hoc celere neutraliter dicitur.

*180* **2** 1 SVBITO TANTA TE IMPENDENT MALA accusatiuo

1 accede ⟨huc⟩ *RCO* ‖ 3 potestas est *OV* ‖ 4 de] ex *C* ‖ 5 -MET *om. V* ‖ 7 et *om. RV* ‖ 9 amittere amare ⟨an⟩ *V* (*dett.*) ‖ 10 quod *codd.* | ut *om. C* | qui *V* ‖ 15 EI ei] et hei mihi *V*, et est *RCO* | ⟨est⟩ ut *V* ‖ 16 hei mihi *codd.* ‖ 17 iuli *RCO* | hei *ROV*, hey *C* | quam⟨quam⟩ *RCO* ‖ 18 iam recte *O*, recte *V* ‖ 20 est *R* | aliquod mihi *V* ‖ 21 pertinens *O* ‖ 23 catastropham *V*, * * * * *rell.* ‖ 24 hoc celere *om. V* ‖ 25 TE *om. RCO* | *fort.* ⟨nota⟩ accusatiuo, *cf. Andr. III 5, 8; Hec. V 3, 2*

casu 'impendent', ⟨ut Lucretius (*I 327*) 'mare quae impenden⟩t uesco sale saxa peresa'. 2 Pro 'in te pendent mala'.

181 **3** 1 ⟨QVAE NEQVE VTI DEVITEM SCIO⟩ cum supra 'nullus es, Geta' dixerit, hic transitum fecit ad primam personam. 2 QVAE NEQVE VTI DEVITEM ruina aut uitanda est aut extrahenda ex ea sunt corpora, quae oppresserit.

182 **4** 1 NAM NON POTEST CELARI NOSTRA DIVTIVS AVDACIA bene 'nostra', quia et ipse partem maximam culpae sustinet ut magister.

181 **3** 3 DEVITEM antequam irruant, INDE EXTRAHAM cum irruerint.

182 **4** 2 CELARI Nigidius (*fr. LVIIII Swob.*) 'celari' quaerit utrum plenum sit an pressum.

183 **6** 1 QVIDNAM ILLE COMMOTVS VENIT hic ostendit poeta idcirco confusum induci Getam, ut de eius metu Antipho terreatur. 2 COMMOTVS VENIT modo 'commotus' perturbatus atque conterritus.

184 **7** 1 TVM TEMPORIS MIHI PVNCTVM 'punctum' pro momento, ut Lucilius in XIII (*l. XIV fr. 21 M.*) 'puncto uno horae quiquomque iuuassit'. 2 PVNCTVM angustissimum spatium. 3 AD HANC REM ad deliberandum quod ago. 4 ERVS ADEST uultu tristi ac superciliis arduis hoc

1 inpendent tu es (as *cod. Cuiac.*) corsales (-is *O*, *cod. Cuiac.*, causales *C*) saxa peresa *RCO*, *cod. Cuiac.*, impendent τωσεσκορσαλεσσακαπερεσα *V*; *Lucr. vers. agnovit Bentley*; 'impendent ⟨te' dicit pro 'tibi', ut *etc. Schoell* ‖ 2 pro interpendent *RCO* ‖ 4 QVAE — SCIO *add. W.* ‖ 6 QVAE — DEVITEM] que inquid id· m · n · (n · m · *R*, neque modo *O*) i · (inde *O*) *RCO* ‖ 7 sunt ex ea *V* (*dett.*) | oppresserat *C* ‖ 9 quia] nam *V* | sustinet *cod. Cuiac.*, suae tenet *rell.* ‖ 11 diuitem *RC* | antequam *Steph.*: antiqua *RCO*, cum iniqua *V* (*dett.*) | extra hanc *RCO* ‖ 14 sit *om. RCO* | an] ad *RC* ‖ 16 inducit *RCO* ‖ 19 TEMPORIS] pr̃is *R*, ip̃is *O* | momentum *R* ‖ 20 in XIII] in · x · in *O*, in ex · III · *R*, in ex *ui C*, in XIIII *V* (*dett.*) ‖ 21 una *V* | horae] hora et *codd.* | quiquomque *L. Mueller*: quiquoque *RCO*, qui hoc *V* | iuuassit *Sabbad.*: inuasit *codd.* ‖ 22 ad *om. RCO* | deliberandam quid ago *RCO* ‖ 23 atque *V*

dicendum est. 5 QVID ILLVD MALI EST mire πρὸς τὸ ‘erus adest’ ‘quid illud mali est’ posuit ex persona Antiphonis, cui pro calamitate est patris aduentus.

185 **8** 1 QVOD CVM AVDIERIT scilicet quod uxorem duxit Antipho. 2 QVOD EIVS REMEDIVM plus est quam si diceret ‘nullum’. 3 QVOD CVM AVDIERIT QVOD EIVS REMEDIVM I. IR. bene non addit quod: secum enim loquitur. 4 QVOD EIVS RE. I. IR. proprie ‘remedium’, quasi iracundia sit morbus.

186 **9** 1 LOQVARNE INCENDAM quia iracundia ignis est. 2 TACEAM INSTIGEM instigari proprie fera dicitur. 3 PVRGEM ME LATEREM LAVEM παροιμία· πλίνθον πλύνεις. 4 LOQVARNE ⟨INCENDAM⟩ TACEAM INSTIQEM σχῆμα διαπόρησις. 5 LOQVARNE INCENDAM duo sunt quae fieri in placando solent: aut loqui aut tacere. sed quid sibi uult ‘purgem me’, cum idem sit ‘loquarne’? an quia potest purgatio et per defensorem aut patronum induci? 6 Hoc quidam putant, sed melius est haec et perturbatae et seruilis imperitaeque personae uerba sine arte esse ⟨nec⟩ s⟨u⟩i uim significatus habere.

187 **10** 1 CVM MIHI PAVEO ‘cum’ praeterquam quod significat modo. 2 TVM ANTIPHO ME EXCRVCIAT ANIMI τῷ ἰδιωτισμῷ pro eo quod est ‘propter Antiphonem me excrucio animo’. sic et in Hecyra (*I 2, 46*) ‘fecit animi

1 mire — mali est *om. CO* | πρὸς τὸ *Steph.*: presto *codd.* ‖ 7 IR. *et* non *om. V* | addidit quid *O* | enim] cum *V* ‖ 8 IR. *om. V* | remedium — 11 proprie *om. RCO* ‖ 11 forma *R*, fora *C*, for[a] *O* ‖ 12 ME *om. V* | παροιμια *ed. pr.*: ρημον *V*, **** *rell.*; *παρόμοιον Sabbad., at cf. Suidas s. v. πλίνθον* | *πλίνθον πλύνεις Steph.*: *τιαηνθοντηαυνεησ V*, ***** *rell.* ‖ 13 *σχῆμα διαπόρησις Steph.*: *ηχημα λημαμορηνον V*, *om. rell.* ‖ 14 due *R* | ⟨et⟩ fieri *RCO* ‖ 15 placando *Steph.*: peccando *codd.* | quod *RC*, quo *O* ‖ 16 purgemne (*om.* me) *V* ‖ 17 et] etiam *O* | aut] et per *V* | Hoc] hec *R*, sic *V* ‖ 18 haec et *RCO*, hoc *V*; hoc : haec *Sabbad.* ‖ 19 nec sui *Schoell*: si *RCO*, et *V* (*dett.*) ‖ 20 significationis *O*, -cati non *V* (*dett.*) | habere *Steph.*: habet (-ent *dett.*) *codd.* ‖ 21 CVM . . . cum] Tum . . . tum *codd.* | quod *om. C* ‖ 22 aĩo *R*, *om. C* ‖ 23 *τῶ ανσοτισμο V*, *om. RCV*; *corr. Steph.* | pro — excrucio *om. C* | praeter *ROV* ‖ 24 excrucior *V*, -at *RO*

ut incertus foret'. genetiuo enim casu ueteres figurabant hanc locutionem.

188 **11** 1 EIVS ME MISERET EI NVNC TIMEO 'miseret' praeteritorum, 'timeo' de futuris. 2 EIVS ME MISERET EI NVNC TIMEO IS NVNC ME RETINET NAM ABSQVE EO ESSET figura πολύπτωτον: 'eius ei is eo'. 3 IS NVNC ME RETINET sic 'retinet', quomodo 'excruciat'. 4 NAM ABSQVE EO ESSET RECTE si ad eum res non pertineret, id est si meum tantummodo peccatum esset hoc ipsum.

189 **12** 1 RECTE EGO MIHI VIDISSEM ET SENIS ESSEM VLTVS IRACVNDIAM facete seruus occasionem melioris condicionis esse existimat fugae causam; tamquam sibi per eam et libertatis genus praestare posset et praedam. 2 RECTE EGO MIHI VIDISSEM ut dicimus 'uide tibi' et 'uidete uobis'. 3 *Et* 'recte uidissem' ἀντὶ τοῦ 'prouidissem'. 4 ET SENIS ESSEM VLTVS IRACVNDIAM 'senis' maluit dicere quam 'domini', ut in ipso nomine et hortamentum impune fugiendi appareat. 5 *Et* simul quia non 'iram' sed 'iracundiam' dicturus erat; nam ira de causa est, iracundia de moribus. 6 ET SENIS ESSEM VLTVS IRACVN. non dixit 'euasissem' sed 'ultus essem'; faciunt enim serui fugiendo, ut dominos paeniteat iratos fuisse. 7 VLTVS ESSEM sic Vergilius (*Aen. IV 656*) 'ulta uirum'.

190 **13** 1 ALIQVID CONVASISSEM figuratum est a colligendis uasis. 2 HINC ME CONICEREM ⟨πρὸς τὸ⟩ 'recte ego mihi uidissem'. 3 PROTINVS IN PEDES 'protinam' fuit, et sic Nigidius legit (*fr. LX Swob.*).

1 genitiuo enim casu *cod. Cuiac.*, gener eius usu (nisu *V*, uisu *dett.*) *rell.* | significabant *RCO* ‖ 5 IS *om. RC* | retinet me *RCO* | NAM — ESSET *om. V* | ESSET] sit *C*, sic *O*, ṃẹ ṣịc *R* | figura] sig̅ *RCO* ‖ 6 πολιπτοτον *V*, **** *RCO* | eius — eo *Klotz*: eius eo *RCO*, eius ei *V* | sic *Rabbow*: si *codd.* ‖ 10 ergo *C*, *om. O* ‖ 11 facete — 16 IRACVNDIAM *om. O* ‖ 12 per eam *Steph.*: peccati *codd.*; -anti *ed. pr.* ‖ 14 ut *Steph.*: et *codd.* ‖ 15 ΔΝΤΙ ΤΟΥ *cod. Cuiac.*, pro *rell.* ‖ 17 in *om. V* | et hortam-] exhortam-*?* ‖ 19 est *W.*: et *RCO*, *om. V* ‖ 20 IRACVN. *om. RCO* ‖ 21 sed ⟨et⟩ *RCO* ‖ 24 conuasisssem *C*, (*in mg.* al' corrasissem) *R*, corrasissem *OV* | collidendis *RCV*, colliendis *O*, *corr. ed. pr.* ‖ 25 πρὸς τὸ *add. Steph.* ‖ 26 et — *p.* 400 *l.* 4 enim *om. O* | nigius *V*

191 **14** 1 QVAM HIC FVGAM ⟨πρὸς τὸ⟩ 'conicerem in pedes'. 2 AVT FVRTVM PARAT πρὸς τὸ 'aliquid conuasassem'. 3 QVAM HIC FVGAM AVT FVRTVM PARAT secunda ἀπόδοσις: prius enim 'furtum' quam 'fugam' occurrere debuit.

192 **15** 1 SED VBI ANTIPHONEM REPERIAM 'sed' pro 'ergo', ut sit: ergo ubi Antiphonem reperiam? 2 An hic pro fine superioris sententiae est, ut Sallustius (*Hist. III fr. 45; cf. II fr. 68 et 70 M.*) 'sed Metellus in ulteriorem prouinciam'? 3 REPERIAM si alicubi cesset; AVT QVA QVAERERE INSISTAM VIA si alicubi ambulet. omnis enim, qui quaeritur, aut cessat aut ambulat.

193 **16** 1 TE NOMINAT ad hoc dudum auditur Geta et ipse non uidet adulescentes, ut plus illis terroris incutiat, dum secum loquitur. 2 NESCIO QVOD MAGNVM HOC NVNTIO EXP. M. diserte locutus est 'nescio quod magnum hoc nuntio exspecto malum' pro eo quod est 'nescio quod magnum malum hunc mihi nuntiaturum arbitror'.

194 **17** 1 DOMVM IRE PERGAM hoc nos ἐλλειπτικῶς 'domum pergam'. 2 IBI PLVRIMVM EST ostendit ab initio se domum pergere et sec⟨um⟩ uidetur deliberasse quare. 3 IBI PLVRIMVM EST scilicet propter amorem uxoris suae. 4 SANVN ES τὸ πλῆρες 'sanusne es' (*sic Ad. III 2, 38*). 5 REVOCEMVS HOMINEM comice et moraliter addidit

1 HIC] hinc *V*, hanc *R* | πρὸς τὸ *add. Westerh.* ‖ 2 πρὸς τὸ *Westerh.*: * * * * *RC*, *om. V* | aliquid — PARAT *dett.*, *om. RCV* ‖ 3 secunda ΔΠΟΔΟCIC *cod. Cuiac.*, secunda δϋπλωσὶσ *R*, διπλωσισ secunda *V*, * * * * * *C* ‖ 4 fuga *V* ‖ 5 sed — reperiam *om. CO* ‖ 6 hic pro] hic *O*, sed *V* (*dett.*) ‖ 7 finis *codd.*, *corr. W.* ‖ 8 sed] si *C* | in ulteriorem *V* (*dett.*), *om. RCO* | prouincia *RO* ‖ 9 cesset *schol. Ricc.*, -it *RCO*, -at *V* (*dett.*) ‖ 10 enim *om. C* | qui — ambulat *om. RCO* ‖ 12 dudum *W.*: dum *RCO*, dictum *dett.*, nomen *V*; diu *Steph.*, nunc *Rabbow* ‖ 15 diserte — malum *om. OV* ‖ 16 hoc *om. C* | nuntio] nunc *RC* ‖ 18 εληπτικοσ *RV*, * * * * *CO* ‖ 19 ⟨ire⟩ pergam *RCOV* | ubi *RO* | ostendit — 21 EST *om. C* ‖ 20 secum *Schoell*: sic *RV*, si *O*; hic *Sabbad.* ‖ 21 scilicet] ·i· *RCO* ‖ 22 SANVN ES *Sabbad.*: sanusne es *codd.* | το HNITHS sanusne es *cod. Cuiac.*, το πρηπεσ sanusne es *V*, *om. RCO* ‖ 23 comice] condite *CO*, -duce *R* | addit *RCO*

'hominem'. 6 STA ILLICO ille 'reuocemus' dixit, hic non progredi iussit.

196 **18** 1 SATIS PRO IMPERIO QVISQVIS ES hic ostendit culpae conscientia nullam auctoritatem reliquam in magistro Geta. 2 SATIS PRO IMPERIO id est imperiose.

197 **19** 1 CEDO QVID PORTAS OBSECRO ut (*Verg. Aen. II 161*) 'si uera feram, si magna rependam'. nam ferre et portare de negotiis maioribus dicitur. 2 CEDO QVID PORTAS OBSECRO ATQVE ID SI POTES VERBO EXP. mire expressit affectum de timore properantis. 3 VERBO EXPEDI deest 'uno'.

198 **20** 1 ELOQVERE aliter ostendit quid est 'uerbo exp.' dicendo 'eloquere'. 2 MODO APVD PORTVM 'patrem uidi' dicturus Geta praeuentus est ab eo, quem timor intellegentem fecerat. 3 HEM proprie uim suam cuique personae exhibuit: celeritatem ex praesagio metuenti Antiphoni et tarditatem intellectus ex quiete pectoris Phaedriae securo.

199 **21** 1 QVID AGAM iam flet Antipho et adhuc non intellegit Phaedria. 2 HVIVS PATREM ME VIDISSE PATRVVM TVVM mire poeta et Antiphoni minus quam oportet et Phaedriae plus quam oportet fecit loqui nuntium. ille enim paene diuinat ex metu, hunc tardum securitas facit.

3 HVIVS PATREM ⟨M.⟩ V. P. T. reddit utrique proprium, ut ille qui timebat paucis intellegeret et ille qui erat securus pluribus edoceretur.

200 **22** 1 NAM QVOD EGO HVIC NVNC SVBITO 'nam' aut subiunctiua coniunctio est superiori dicto quod ait 'quid

1 dixit] inquit *O* ‖ 3 quisque *RC* ‖ 4 ⟨pro⟩ culpae *V* | relictam *O*, aliquam *V* ‖ 5 ⟨pro⟩ imperiose *RC* ‖ 6 ut — OBSECRO *om. CO* ‖ 9 potest *O* ‖ 12 aliter] moraliter*?* | quod *RCO*, quū *V* | uerbum (*om.* exp.) *V* ‖ 13 ⟨· s ·⟩ patrem *O* ‖ 15 proprie uim suam *Schoell*: proprie enim suam (-a *R*) *codd.*; proprietatem suam *Bentley* ‖ 17 ex tardidate *RCO* | ex *Sabbad.*: et *RCO*, de *cod. Cuiac.*, *om. V* | quieti *RCOV* | securo phedrie *V* ‖ 19 flet Antipho] flectendo *RCO* ‖ 20 uidisse me *V* ‖ 21 et *1. om. V* ‖ 23 ex] et *R* | fecit *R* ‖ 24 utrunque *RCO* ‖ 27 quid *RC*, (*corr. in* quod) *V* ‖ 28 subiuncta *R*

agam' aut *ἀναστροφή* est 'nam quod' pro 'quodnam'. 2 NVNC SVBITO EXITIO REMEDIVM 'subito' et aduerbium et nomen est. (*Verg. Aen. I 535*) 'cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion'. 3 INVENIAM MISER cum 'ego' supra dixerit, *ἐμφατικῶς* addidit 'miser'.

*201* **23** 1 QVOD SI EO MEAE FORTVNAE REDEVNT tragice amator hoc negotium f o r t u n a s  o m n e s dixit esse. 2 FORTVNAE REDEVNT bene 'redeunt' quasi in peius et a processu retro et in deterius. 3 PHANIVM ABS TE VT DISTRAHAR amatoria *προσφώνησις* per *ἀποστροφήν*. 4 ABS TE VT DISTRAHAR non dixit 'ut a me distraharis'. 5 *Et* uide uerbum uim cohaerentis ostendere.

*202* **24** 1 NVLLA EST MIHI VITA EXPETENDA 'nulla' pro 'non'. 2 An n u l l i u s  c o n d i c i o n i s, quasi dicat: ne deorum uita quidem mihi dulcis est sine te? 3 NVLLA EST MIHI VITA EXPETENDA scilicet ut nulla sibi uita sit expetenda sine Phanio.

*203* **25** 1 TANTO MAGIS TE ADVIGILARE 'ad' uim auctiuam nunc habet, ut a d l a u d a b i l e,  a d m i r a b i l e. 2 FORTIS FORTVNA ADIVVAT *παροιμία*. 3 *Et* 'fortis' accusatiuus pluralis est casus.

*204* **26** 1 NON SVM APVD ME id agitur, ut supra diximus (*ad v. 1*), quemadmodum Antipho praesens non sit, quem neque conuenit contra patrem aliquid dicere neque rursum praesentem opprimi a patre ex argumento est. 2 AT-

1 anastrophe *RCO*, antistrophe *V* ‖ 4 ego] · N · *RC*, enim *O* ‖ 5 *εμφατικοσ V*, emphatos (-tas *C*) *RCO* ‖ 9 et inde Terentius *RCO* | ABS] a *RC* ‖ 10 *προφονησισ V*, prophonesis *RCO* | per (pro *O*) apostrophen *ROV*, parastrophen *C* ‖ 11 ut *om. V* ‖ 12 uico herentis *R*, unịco herentis *C*, unco unci herentis *O* ‖ 14 An *W.*: ad *RCO*, aut *V* (*dett.*) ‖ 15 quidem uita *V* | sine — scilicet *om. RCO* ‖ 16 scilicet *Sabbad.*: sic *V* (*dett.*) | sibi] tibi *RCO* ‖ 17 ⟨ṣịṭ⟩ sine *V*, *om. RCO* ‖ 18 ⟨age⟩ ad *CO* | actiuam *COV* ‖ 19 ⟨et⟩ admirabile *CO* ‖ 20 *παροιμία Steph.*: *παρομιον V* (peromion *vel* paremion *dett.*), *om. RCO* ‖ 21 pluralis *om. C* | casus *om. V* (*dett.*) ‖ 22 idem igitur *RCO* ‖ 24 aliquid — praesentem *om. O* | rursus *C* ‖ 25 ex sanguine meo ($\overset{o}{m}$ *R*, modo *O*) est *RCO*

QVI OPVS EST NVNC QVAM MAXIME VT SIS ANTIPHO ‘apud te’ subauditur.

205 **27** 1 NAM SI SENSERIT TE TIMIDVM PATER E. A. C. C. sic Sallustius in historia (*II fr. 111 M.*) ‘ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur’. 2 NAM SI SENSERIT TE ⟨T.⟩ ‘timidum’ pro ‘timentem’, ut ‘addit se sociam timidisque superuenit Aegle’ Vergilius (*Ecl. VI 20*).

206 **28** 1 COMMERVISSE CVLPAM nunc ‘commeruisse’ pro ‘commisisse’. 2 HOC VERVM EST congrue fit, ut et Geta et Phaedria audaciores sint, qui et absque amore sunt. et hos oportet obici pro Antiphone irato seni. 3 NON POSSVM IMMVTARIER uim negantis hoc habet quod ait ‘immutarier’. ostendit enim naturae suae timiditatem nullis adhortationibus eici posse.

207 **29** QVID FACERES SI ALIVD GRAVIVS TIBI NVNC FACIVNDVM FORET bene ‘grauius’, quia hoc graue, ut uideas ipsam hortationem uim habere concedentis: graue esse quod geritur.

208 **30** 1 QVI HOC NON POSSVM ILLVD MINVS POSSEM hoc intulit παρὰ προσδοκίαν, nam uidebatur hac interrogatione adduci posse ad sententiam percunctantis. et haec est dialectica contra ἐπαγωγήν, cum male respondendo callidae interrogationis interrumpimus argumentum. 2 HOC NIHIL EST PHAEDRIA ILICET ‘hoc’ relatiuum. 3 An ‘hoc’ cum contemptu pro ‘hic Antipho nihil est’? sic Cicero in Verrinis (*II, IV 14, 33*) ‘etsi hoc nescio quid nugatorem sciebam’ pro ‘hunc’. 4 ILICET semper ‘ilicet’ finem rei significat,

1 QVAM] cum *Ter.* | sit *R* ‖ 4 historiis *O* ‖ 5 ⟨quam⟩ purgatores *C* | dimittimur *V* ‖ 6 ut] uirgi · *O*, *om. RC* ‖ 7 Vergilius *om. OV* ‖ 8 nunc comme *RC*, *om. O* ‖ 10 et *2. om. RO* ‖ 11 hos *Steph.*: hoc *V* (*dett.*), hec *RCO* ‖ 15 alius *C*, aliquid *O* | faciendum *V* ‖ 16 FORET *om. RC* ‖ 19 QVI] cum *V* (= *Ter.*) | POSSEM *om. RCO* ‖ 20 *παραπροσδοκείαν* *V*, *om. RCO* | nam] quia *V* ‖ 21 percontantis *C*, exhortantis *V* | est] ars *RCO*, ars est *dett.* | dialetica *RC* ‖ 22 *επαγογεν* (ω above ο) *V*, epagogen *CO*, **** *R* ‖ 24 hoc *1.* — 25 est *om. O* | ⟨utrum⟩ hoc *1. V* (*dett.*) | negatiuum *RC* ‖ 26 tametsi *Cic.* | quidem *codd.* | nugatorium (e above u) pro hunc sciebam *V*

ut 'actum est' (*Andr. III 1, 7; alibi*). 5 ILICET per syncopam. sic iudices de consilio dimittebantur, suprema dicta cum praeco pronuntiasset 'ilicet', quod significat ire licet.

209 **31** 1 QVIN ABEAM hinc terrorem commouet Antiphoni. 2 *Et* 'quin' pro 'cur non'. 3 ET QVIDEM EGO ordo: et ego quidem. et deest 'abeo'.

210 **32** QVID SI ASSIMVLO audacem scilicet.

209 **31** 4 OBSECRO QVID SI ASSIMVLO SATIN EST adeo morale uitium est ex conscientia [enim] pauor, ut ipse quoque Antipho nitatur contra neque quicquam promoueat.

211 **33** 1 SATIN SIC EST hic locus actoris magis quam lectoris est: ostenditur enim conari ad simulandam audaciam, quo magis ridicule formidulosa persona est. 2 PROPEMODVM et hoc non plenae consensionis est quod ait 'propemodum'. 3 SAT EST non dixit 'bene est' sed 'sat est'. 4 *Et* uide uix ad hoc ipsum esse peruentum.

212 **34** 1 EM ISTVC SERVA dicendo 'serua' ostendit iam incipere deperire quod finxit atque assimulauit audaciae. 2 EM ISTVC SERVA ET VERBVM VERBO PAR PARI animaduerte [et] quid doceat et uide satin artifex poeta debitum reddat rebus atque personis. 3 VERBVM VERBO PAR PARI duo dixit: non tantum 'uerbum uerbo' sed 'par pari'.

213 **35** 1 NE TE IRATVS SVIS SAEVIDICIS causalem uim

1 sincopam *codd.* ‖ 2 supra *V* ‖ 5 hic terrore *V*, hunc terrorem *RCO*; *corr. Sabbad.* | antiphonem *V* (*dett.*) ‖ 6 non *om. RCO* ‖ 7 habeo *C* ‖ 9 SATIN EST] at in eo *RCO* ‖ 10 est] ã · *R* | enim *om. dett.*; homini *Schoell* ‖ 12 hic — 13 est *om. O* ‖ 13 conari *om. O* ‖ 17 uix *post* ipsum *V* ‖ 19 Hem *codd.* | SERVA] et hoc uerbum ut par pari referto *add. RC* (*cf. Eun. III 1, 55*), et uerbum uerbo par pari ut respondeas *add. dett.* (*sim. O*) ‖ 21 hem istuc serua *V*, emiscuit te serua *RCO* | VERBO *om. RC* | animaduertet *C* ‖ 22 et *secl. W.* | quod *RCO* | doceata *C*, deceat *O* | et *hic om. RCO* | uide satin (-is *O*) *RCO*, *cod. Cuiac.*, quid (*om. dett.*) commachinetur *V* (*dett.*) | poeta ⟨qui⟩ *V* (*dett.*) | debitis *R* ‖ 24 duo — pari *om. CO* | non ⟨enim⟩ *V* ‖ 26 seuis dictis *V*, iudicis *RCO*

habet quod ait ‘iratus’, hoc est: qui ob praesentem iram uehementius tecum agat. 2 PROTELET ⟨et protelo⟩ et protelum a pro et tendendo dictum est, *quod est ante et trahere.* alii ab assiduo telorum iactu existimant dici, ut Lucretius (*II 531*) ‘undique protelo plagarum continuato’, hoc est tenore. 3 PROTELET protrahat, percutiat, exagitet.

*214* **36** 1 VI COACTVM ESSE TE mira breuitas, qua tota defensio continetur. et subauditur ‘fac respondeas’ aut quid tale. 2 INVITVM bene idem repetit ad confirmandam memoriam trepidantis. etenim non diuersa sunt, sed saepe repetuntur, ut teneri possit id quod causae opus est. *nam ‘ui coactum esse’ idem significat quod ‘inuitum’.* 3 An ideo ‘ui coactum’ ‘inuitum’ iungendum est, quod interdum etiam ipsi nos cogimur propria uoluntate? ut ipse in Andria (*IV 1, 34*) ‘tu coactus tua uoluntate es’.

*213* **35** 4 SCIO apparet hoc uerbum eo uultu dici, ut manifestum sit absenti animo esse eum, cum quo loquitur.

*214* **36** 4 TENES exquisite addidit ‘tenes’: apparet Antiphonem uultu ostendere, quod nihil horum perturbatus aduertat.

*215* **37** 1 SED QVIS HIC EST SENEX ‘sed’, ut diximus (*cf. ad I 2, 7; I 4, 15*), transitum significat ad alteram rem ab ea quae agebatur. 2 QVEM VIDEO IN VLTIMA PLATEA sic dixit ‘ultima platea’, quemadmodum Vergilius (*Aen. II 449—50*) ‘imas obsedere fores’. 3 IPSVS EST et quia timidior est et postea de proximo ipse dignoscit magis.

*216* **38** 1 NON POSSVM ADESSE apparet ex conspectu patris

1 quod] hoc *C* | id est *V* | ob] ad *CO* ‖ 2 et protelo *add. W.* ‖ 3 protelim *V* | et *V* (*dett.*), ex *RCO* | tendendo (*cf. Thes. gl. s. v.* telum) *cod. Laur. 53, 9*, cedendo *rell.; v. append.* ‖ 4 ab *om. RCO* ‖ 6 tenore] telorum *V* | percutiat *Schoell* (*cf. Non. 363, 1*): ꝑueniat *R*, p̄ueniat *C*, preu- *V*, prou- *O* ‖ 8 VI — TE *in codd. ante* 6 PROTELET *legitur* ‖ 9 fac *ed. pr.*: ac *codd.* ‖ 10 bene idem *dett.*, id bene *V*, id bene est *RCO* ‖ 11 etenim non *W.*: ē enim *RCO*, non enim *V* (*dett.*) ‖ 12 est] sit *COV* ‖ 16 es *ante* tua *V* ‖ 17 hoc] tuo cum (eum *R*, quom *O*) *RCO* | dici ut] dicitur *RCO* ‖ 18 eum *Steph.*: cum eo *RCV*, *om. O* | loquitur] *sc.* Geta ‖ 19 apparet] ut appareat *V* (*dett.*) ‖ 20 uultu *D*, -um *rell.* ‖ 22 aliam *CO* | ad eam *RC*

magis confundi quam ex nuntio aduentus eius filium. 2 QVO ABIS ANTIPHO sic Vergilius (*Aen. X 649*) ‘quo fugis, Aenea?’ et (*Aen. X 369*) ‘quo fugitis, socii?’ sic enim loquitur qui uult ostendere condicionem locorum, in qua peruerso modo alius petitur, alius linquitur.

*217* **39** 1 MANE MANE INQVAM omnia haec habent singularem uim in se reuocantis. 2 AH QVID AGIS ut perturbati intercessoris est dicere ‘quid agis?’, ut alibi (*Andr. I 1, 107*) ‘mea Glycerium, quid agis? cur te is perditum?’ 3 EGOMET ME NOVI ET PECCATVM M. duo dixit, et hominem pauidum et peccatum graue.

*218* **40** 1 VOBIS COMMENDO PHANIVM ET VITAM MEAM comice duo duobus rettulit: ‘me’ et ‘peccatum meum’, ‘Phanium’ et ‘uitam meam’. 2 *Et* animaduerte, quod amator prius ponat Phanium quam uitam suam.

*219* **41** 1 GETA QVID NVNC FIET apparet haec sic pronuntianda, quasi adhuc tuto dicantur. 2 TV IAM LITES AVDIES non intulit quod quaerebatur, sed uerba sunt hominis omnia desperantis. 3 TV IAM LITES AVDIES EGO PLECTAR PENDENS tu audies, ego uerberabor, ut alibi (*Heaut. II 3, 115*) ‘tibi erunt parata uerba, huic homini uerbera’. quod ipsum mire: tu non f a c i e s lites, sed a u d i e s.

*220* **42** EGO PLECTAR PENDENS ‘plectar’ feriar, unde et p l e c t r u m et p l a g a e dictae.

*221* **43** SED QVOD MODO HIC NOS deest ‘tamen’, ut sit: sed tamen.

*222* **44** ID NOSMET IPSOS FACERE OPORTET quia ‘nos’ supra dixit, in significatione actus proprii ‘ipsos’ addit.

*223* **45** 1 AVFER MIHI OPORTET ‘mihi’ *τῷ ἀττικισμῷ* addidit:

8 alibi] in and· *O* ‖ 10 M. *om. RC* ‖ 12 comice — meam *om. O* ‖ 17 quasi *om. C* | adhuc tuto *Lindenbr.* (*ex cod. Cuiac.?*): a destituto *dett.*, eadem *RCO*, eadem a destituto *V* ‖ 18 non — 20 PENDENS *om. C* ‖ 19 EGO — audies *om. O* ‖ 24 ⟨·i·⟩ feriar *O* ‖ 26 NOS] non *RC* ‖ 28 nos id met *C*, nosmet *O* | quia — OPORTET *om. CO* ‖ 29 addidit *V* ‖ 30 mihi *τῷ ἀττικισμῷ*] *μητô απικισμω̂* *V*, * * * * *RCO* | addidit ⟨mihi⟩ *V*

et sine hoc enim sententia plena est. 2 QVID TV QVID FACIAM IMPERA mire ad omnia paratum se indicat, qui 'impera' dixit seruo.

*224* **46** 1 MEMINISTI OLIM VT FVERIT VESTRA ORATIO mire et consilio et oratione compendiosus est, quo magis Phaedriam propriis consiliis ac domesticis promoueret. 2 VT FVERIT VESTRA ORATIO ut magis excitaret, non 'nostra' dixit sed 'uestra'.

*225* **47** 1 IN RE INCIPIENDA proprie quasi de re magna dixit. et alibi (*Heaut. III 3, 39*) 'uide quod inceptet facinus'. 2 AD DEFENDENDAM NOXIAM 'noxiam' nunc culpam, alias rem. et est ἐπένθεσις ab eo quod est 'noxam'. *et hoc factum est propter iambica.*

*226* **48** 1 IVSTAM ILLAM CAVSAM FACILEM VINCIBILEM OPTIMAM considera singula et inuenies et naturali ordine et per αὔξησιν dicta. 2 CAVSAM pro defensione posuit. 3 *Et* VINCIBILEM quae facile uincat.

*227* **49** NVNC IPSA EST OPVS causa scilicet.

*228* **50** 1 MELIORE ET CALLIDIORE bene 'meliore et callidiore', quia tunc prolusio fuit, nunc ipsum proelium. 2 FIET SEDVLO παρέλκον 'sedulo', nam suffecerat 'fiet'.

*229* **51** 1 NVNC PRIOR ADITO TV 'adito' quasi ad proelium. Vergilius (*Aen. V 378—79*) 'nec quisquam ex agmine tanto audet adire uirum'. 2 EGO IN INSIDIIS HIC ERO tota μεταφορά de re militari est.

*230* **52** 1 SVCCENTVRIATVS succenturiari dicitur, qui ex-

1 plena *om. RCO* | QVID] quod *RCO* ‖ 4 fuerat *C* | uestra *V* ‖ 6 permoueret *RCO* ‖ 7 excitaret *om. RCO* ‖ 9 incipiunda *V* | de re *Steph.*: diceret *codd.* ‖ 10 et] sic *dett.* | alibi ⟨dixit⟩ *V* ‖ 11 noxam *codd.* | noxam *V*, *om. RCO* ‖ 12 culpem *RC* | rem] poenam *V* (*dett.*); *an* ream? *cf. Thes. gl. s. v.* noxa | et est] teste *RCO* | epenthesis *V*, ·g· *RC*, ·p· *O* | ab eo *om. RCO*; *malim* ad id ‖ 13 noxum *V* | hoc *om. O* ‖ 14 ⟨et⟩ facilem *V*, *om. O* ‖ 15 et *1. om. C* | natura ordine *V* (*dett.*), natura *R*, nam̃ *O*, nam *C*, *corr. ed. pr.* ‖ 16 per αυξησην *V*, per *** *RO*, per *C* ‖ 19 bene — callidiore *om. RCO* ‖ 21 fi*e*t *V* | parelcon sedulo *V*, *om. RCO* | nam] an *RCO* ‖ 22 ADITO] ad*i*to *V*, dato *R* | addito *R* | quia *V* ‖ 24 ero tota μετάφορα *V*, adero metaphora *O*, ****** *RC*

plendae centuriae gratia subicit se ad supplementum ordinum. et est translatio a re militari. 2 AGE potuit dicere ‘uero’ aut ‘ita’, sed ‘age’ dixit, quod uerbum uim hortationis maximam praebet.

---

## II.

### 1.

231 1 1 ITANE TANDEM VXOREM DVXIT ANTIPHO INIVSSV MEO in hac scaena accusatio est et contradictio per remotiuam qualitatem. *ergo controuersia.* 2 ITANE TANDEM VXOREM DVXIT ANTIPHO hic exemplum uitae est, in quo spectatur nullam esse tam iustam et grauem iracundiam patris, quae non et fiducia defensoris et interuallo temporis euanescat. 3 ITANE TANDEM VXOREM DVXIT non potuit uehementius incipere quam ut ipse crimen quod obicit miraretur. 4 ITANE TANDEM V. D. ‘tandem’ hic expletiua coniunctio est, ut Cicero (*Catil. I 1*) ‘quousque tandem abutere, Catilina’. 5 ITANE TANDEM hic totus uersus est in hoc: an factum sit, quid factum sit, a quo factum sit, in cuius iniuriam factum sit.

232 2 1 NEC MEVM IMPERIVM rara ἀποσιώπησις, quam non sequitur ‘sed’: intulit enim ‘age’; subauditur autem ‘reuereri’. sic Lucretius (*II 16*) ‘nonne uidere’. 2 AGE MITTO IMPERIVM NON SIMVLTATEM σχῆμα διανοίας· *μεταδιόρθωσις.* Vergilius (*Aen. XI 347*) ‘cuius ob auspicium

4 hortationis *cod. Cuiac.*, hortantis *rell.* ‖ 9 grauem *Steph.*: gratam *codd.* ‖ 10 quae non *Steph.*: q̄ nūo *RCO*, quin *V* (*dett.*) ‖ 11 ⟨non⟩ euanescat *RCO* ‖ 12 accipere *RCO* ‖ 13 tandem] tamen *C* ‖ 15 catelina *RO* | ITANE] hic ne *C* | TANDEM] t· *R* ‖ 16 in hoc est *V* (*dett.*) | quid — 17 sit *2. om. O* | quid *Steph.*: quod *RC*, et quod *V* ‖ 18 NEC] ne *C* | rara] *κα*lα *V*, *om. O* | αποσιωπησισ *V*, aposiopesis *O*, **** *RC* ‖ 19 enim] ē *V* | reuerere *V* ‖ 21 MITTO] omitto *RC*, omitte *OV* | CXHMΑΔΙΑΝΟΙΑC ΜΗCΟΛΟΘΩσις *cod. Cuiacii*, εχΗμΗαροΗασμεσοαορεωσισ *V*, **** *RC*, *corr. Sabbad.*

infaustum moresque sinistros'. 3 AGE MITTO legitur et 'ac'. 4 SIMVLTATEM iurgium, contentionem.

233 **3** 1 NON PVDERE hoc absolutum est et nulli adnexum. 2 NON PVDERE hic Nigidius annotauit (*fr. LXI Swob.*) neminem uideri pudere ante delictum.

234 **4** 1 VIX TANDEM conuenit hoc dictum ei, qui iam pridem se male audire putat, et ideo sero uidetur ad hunc senex peruenisse, cum ille metuens se primum ad accusationem crederet. 2 An 'uix tandem' ad hoc pertinet, quia ille 'monitor' dixit? quasi dicat: uix tandem factum est, ut me senex laudare coepisset, quia 'monitor' quamuis in contrarium dixerit, tamen nomen est laudis. 3 VIX TANDEM εἰρωνεία, quasi 'paene me oblitus est'. 4 An quia tarde ad seruum peruenit senex, quem ille ob conscientiam a se coepturum esse credebat? 5 QVID MIHI DICENT AVT QVAM CAVSAM ⟨R.⟩ 'dicent' si negare uoluerint, 'causam reperient' si purgare: omne enim crimen a defensore aut negatur aut purgatur.

235 **5** 1 DEMIROR pro 'nescio', nam admirationem ignorantia facit. 2 ATQVI REPPERI IAM ALIVD C. eo animo hoc dicit, quo supra (*v. 4*) 'uix tandem'. 3 *Et* cum ille pluraliter 'reperient' dixerit, hic singulariter 'repperi' respondet, quasi in se solo sit crimen.

236 **6** INVITVS FECI LEX COEGIT bene poeta iam scire facit senem quid isti dicturi sint, ut uideatur frangi posse qui iam partem defensionum admittit.

1 sinistros] *nempe suppl.* 'dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur' (= *v. 348*) | omitte *codd.* ‖ 2 ac *Faërnus*: ieci *V* (*dett.*), ** *RCO* ‖ 4 hic — pudere *om. C* | nigidio *R* ‖ 7 audiri *COV* | putat *om. O* ‖ 8 ad] et *RCO* ‖ 12 quamuis] quia iam uix *RCO*, et uix tandem *V* ‖ 13 *νρωνια V*, ironia *O*, **** *RC* | mei *V* ‖ 14 an] alii *V* | seruum *Sabbad.*: suum *codd.* | quem ille] quam *RCO* ‖ 15 esse — *p.* 412, 19 HABENDAE *om. RCO* ‖ 17 enim *dett.*, eius *V* ‖ 20 Atque *L* | c.] cura *dett.*, *om. V* | hoc *om. V* ‖ 21 uix] dixit *L*, dicit *VD* ‖ 22 dixit *L* ‖ 23 respondet *L*, -dit *VD* | se solo *D*, se dolo *V*, sedulo *L* ‖ 25 quid *D*, quod *VL* | sunt *dett.* | ut *om. L* | uideantur *D* | frangi] se angi *V* ‖ 26 defensionis *dett.* | amittit *L*

238 **8** 1 ILLVD DVRVM 'illud durum' dicit, quod supra (*v. 5*) 'atqui repperi iam: aliud c.'

237 **7** CAVSAM TRADERE ADVERSARIIS hoc cum maiore exclamatione dicitur; non enim dixit 'concedere aduersariis', sed quod plus est 'causam tradere'.

238 **8** 2 ILLVD DVRVM EGO EXPEDIAM SINE uide praeparationem futurae defensionis; quam nisi hoc modo Terentius intulisset, incredibile uideretur subito sedatum senem.

239 **9** 1 INCERTVM EST QVID AGAM nonnihil iam fracta indignatio est, nam in his uerbis non iam ira sed admodum maeror est. 2 QVIA PRAETER SPEM ATQVE INCREDIBILE HOC Vergilius (*Aen. IV 419*) 'hunc ego si potui tantum sperare dolorem'. 3 ATQVE INCREDIBILE HOC MIHI OBTIGIT grauius est 'incredibile' quam 'praeter spem' et ideo posterius et in auctu est. 4 OBTIGIT pro 'accidit'; cuius reciprocum est, si quis quid ⟨boni⟩ accidisse dicat, non o b t i g i s s e.

240 **10** 1 ITA SVM IRRITATVS 'irritatus' prouocatus et in i r a m impulsus, hoc est commotus et perturbatus. 2 ANIMVM VT NEQVEAM AD COGITANDVM INSTITVERE bene 'instituere' dixit, quo uerbo quies ostenditur cogitatur⟨ae⟩ mentis, quae nunc non adest.

241 **11** 1 CVM SECVNDAE RES SVNT MAXIME TVM MAXIME ut (*Verg. Geo. I 299*) 'nudus ara, sere nudus'. 2 *Et* bona sententia: tum maxime sapienti metuendum, quo tempore maxime securus est stultus.

242 **12** 1 MEDITARI OPORTET SECVM bene additum 'secum':

1 illud durum *om. D* | quod] qui *dett.* ‖ 2 atque *VL* | aliud c.] aliam *codd.* ‖ 3 TRADERE] tandem *codd.* | ADVERSARIIS — tradere *cod. Cuiac.*, *om. VLD* ‖ 5 plus *Sabbad.*: prius *cod. Cuiacii*; peius *Westerh.*, prauius *Schoell* ‖ 10 nam in *Steph.*: cum *codd.* ‖ 11 est *om. L* ‖ 15 auctu *D*, *cod. Cuiac.*, auctum *V*, actu *L* ‖ 16 ⟨ob⟩ cuius *codd.* | reciprocum] respectum *D* | quis quid boni *W.*: quis *dett.*, quid *V*; bonum *add. ed. pr.*; *cf. Andr. II 3, 24* ‖ 18 irritatus *om. D* | in] ad *D* ‖ 20 INSTITVERE] instituor *D* ‖ 21 instituere *om. L* | cogitaturae *W.*: -tatur *codd.*, -tatiue *ed. pr.*; ⟨in⟩ cogitatu *Schoell* ‖ 24 ut ⟨Virg'⟩ *D* | Et] ẽ *V* ‖ 27 additum ⟨est⟩ *D*

insaniae enim uidebitur hoc palam agere. 2 ADVERSAM AERVMNAM FERANT abundat 'aduersam'.

*243* **13** 1 PERICVLA DAMNA EXILIA PEREGRE REDIENS SEMPER COGITET AVT F. P. A. V. M. superiora ἀσύνδετα inferioribus †intermixta sunt coniunctionibus intermixtis. Sallustius (*Hist. I fr. 55, 4 M.*) 'nam quid a Pyrrho, Hannibale, aequore et terra'. 2 PEREGRE REDIENS SEMPER COGITET mire a genere ad speciem non semel transit; nam cum dicit 'peregre rediens', iam de se loquitur sed latenter. 3 SEMPER COGITET ad singularem a plurali transit: supra dixit 'omnes', at nunc 'cogitet'. 4 *Et* est ordo: semper peregre rediens, ⟨id est⟩ quicumque peregre redit.

*244* **14** 1 AVT FILII PECCATVM AVT VXORIS MORTEM AVT MORBVM FILIAE quamuis iratus filio non potuit tamen dicere 'filii mortem'. conuenit autem seni uxoris mortem non putare magnum incommodum. 2 AVT FILII PECCATVM A. V. M. AVT M. F. uarie post enumerationem conclusam cetera intulit. Vergilius (*Geo. II 136—37*) 'sed neque Medorum siluae ditissima terra n. p. G. a. a. t. H.'

*245* **15** 1 COMMVNIA ESSE HAEC FIERI POSSE ordo est: semper cogites communia esse, fieri posse filii peccatum, uxoris mortem, filiae morbum. 2 COMMVNIA ESSE commune est, quod accidere omnibus potest.

*246* **16** 1 QVICQVID PRAETER SPEM EVENIAT OMNE ID DEPVTARE ESSE IN LVCRO uide iam senem fractum non culpam

1 insaniae *Sabbad.*: insane *codd.*; insani *Steph.* ‖ 4 acyntheta *V*, asyntheta *D*, assinteta *L* ‖ 5 intermixta] iuxta *Schoell* ‖ 6 quid *L*, quidem *D*, qui de *V* | a *cod. Cuiacii*, *om. VDL* ‖ 7 aequor *codd., corr. Lindenbr.* | et terra *om. D* | cogitat *codd.* ‖ 8 non semel ⟨semper⟩ *D* ‖ 9 iam — 12 rediens *om. V* | de se *ed. pr.*: se[d] *L*, secum *D*; se *?* ‖ 10 cogitat *DL* | a singulari ad pluralem *DL*, *corr. Sabbad.* ‖ 11 at nunc *L*, et sic *D* | cogites *L*, cogites ⟨nunc⟩ *D* ‖ 12 id est *add. W.* ‖ 13 AVT MORBVM — 15 mortem *om. D* ‖ 16 AVT] ut *L* ‖ 17 M. F.] fi · m · *L*, filiae *D* ‖ 18 innuit *D* ‖ 19 h · ⟨l · i · c · (t · e · c · *L*) n · (u · *L*) b · n · i · t · q ·⟩ *DL* ‖ 21 posse fieri peccatum filii *D* ‖ 22 ESSE] ‖ esse (et *suprascr.*) *L* ‖ 24 deputare id est *D*, id deputare esse *L* ‖ 25 seni *L*

filii magnam ducere, sed ideo indignari, quod non crediderit peccaturum; in quo ipse se reprehendat. 2 Quod a precatoribus dici solebat, hoc dicit: ʽcommunia esse’ et ʽfieri posse’.

*247* **17** ERVM ANTE EO SAPIENTIA legitur ʽante eam’, sed pronuntiatiuum ⟨posuit⟩ pro coniunctiuo, ʽante eo’ pro ʽante eam’.

*248* **18** 1 MEDITATA SVNT MIHI OMNIA MEA INCOMMODA nimis comice non clades aut aerumnas posuit seruus, sed ʽincommoda’: molere in pistrino, uapulare, habere compedes etc., cum hoc nomen leue quiddam significet, ut in Eunucho (*II 3, 38—39*) ʽimmo enim infeliciter: nam incommoda alia sunt dicenda, Parmeno’. 2 ERVS SI REDIERIT ʽsi’ aut pro ʽcum’ ⟨aut⟩ seruiliter ut dubitet ex uoto suo, utrum dominus redeat an non, quod cupit.

*249* **19** 1 MOLENDVM VSQVE IN PISTRINO facete enumerat seruus uniuersa supplicia suae condicionis excepta cruce et furca, quarum poenam uerbis extenuare non potuit. 2 HABENDAE COMPEDES uitiosam locutionem seruili personae dedit Terentius; nam integrum esset, si diceret ʽhabendas compedes’. unde quidam non ʽesse’ sed ʽusque’ legunt.

*250* **20** 1 OPVS RVRI FACIENDVM uarie: ʽmolendum’ ʽuapulandum’ ʽcompedes’ ʽopus’. 2 *Et* supra uerba gerundia sunt et infra participia. 3 HORVM NIHIL QVICQVAM ACCIDET ANIMO NOVVM recte addidit ʽanimo’: omne enim quicquid acciderit nouum erit, sed non animo. 4 HORVM QVICQVAM NIHIL *παρέλκον* quartum. 5 HORVM NIHIL

1 dicere *VL* ‖ 2 reprehendebat se *D* ‖ 3 peccatoribus *VD* | dixit *L* | esse *om. L* ‖ 5 ⟨in⟩sapientia *VD* | ante eam *Umpfenb.*: anteeo *LD*, ãnteo *V* ‖ 6 pronuntiaturum *D* | posuit *add. Schoell* ‖ 9 nimis — incommoda *om. L* ‖ 11 quiddam significet *Steph.*: quoddam (quodam *D*) significat (sig$^{t}$ *V*) *codd.* ‖ 14 autem *codd., corr. Steph.* | aut *add. Steph.* ‖ 18 et] de *DL* | ⟨ex⟩ uerbis *V*, *om. D* ‖ 24 ⟨et⟩ opus *V* | Et] ut *C* | gerundii *RCO* ‖ 25 infra *in ras.* $V^{2}$ | ACCIDET *om. RCO* ‖ 26 ⟨recte⟩ erit *C* ‖ 27 non *om. O* | HORVM — *παρέλκον* (parelcon *codd.*) quartum *dett.*, *om. RCOV*

QVICQVAM ACCIDET ANIMO NOVVM tale est illud sapientis Aeneae (*Verg. Aen. VI 103—4*) ‘non ulla laborum, o uirgo, noua mi facies inopinaue surgit’. *et (Aen. XI 18) ‘arma parate animis et spe praesumite bellum’ et (Aen. IV 419) ‘hunc ego si potui tantum sperare dolorem’ idem.*

*251* **21** 1 QVICQVID PRAETER SPEM EVENIET OMNE ID DEPVTABO ESSE IN LVCRO totidem uerbis usus est, quot senex, ad irrisionem eius. sic et in Adelphis (*III 3, 74—75, cf. v. 61*) ‘inspicere tamquam in speculum in patinas, Demea, iubeo’. 2 OMNE ID DEPVTABO ESSE IN LVCRO hoc idem senex fieri oportere dixit (*v. 16*), quod hic fecit. *ergo sapienter Geta.*

*252* **22** 1 SED QVID CESSAS HOMINEM ADIRE bene ‘adire’ quasi terribilem et pugnaturum, ut (*Verg. Aen. V 379*) ‘audet adire uirum’. 2 *Et* ‘hominem’ comice addidit.

3 ET BLANDE IN PRINCIPIO ALLOQVI recte monuit, non perpetuo ‘blande’ sed ‘in principio’ agendum, secundum praeceptum Isocratis, qui ait (*πρὸς Δημ. 31*) ‘*μηδὲ πρὸς τὰς τῶν πλησιαζόντων ὀργὰς τραχέως ἀπαντῶν, ἀλλὰ θυμουμένοις μὲν αὐτοῖς εἴκων, πεπαυμένοις δὲ τῆς ὀργῆς ἐπιπλήττων*’.

*253* **23** PHAEDRIAM MEI FRATRIS VIDEO FILIVM haec uerba ostendunt quam pacato ore suscipiatur Phaedria.

*254* **24** 1 MI PATRVE SALVE ‘mi’ uim blandimenti habet, nam significat ‘meus’. 2 SALVE SED VBI EST ANTIPHO bene expressit promptum animum ad litigandum, raptim reddita salute et potius ad iurgium praeuertendo.

3 surgat *RCO*, surget *V* ‖ 5 idem] id enim *O*, *om. V (dett.)* ‖ 6 euenit *RC* (*sic et E*[1] *Ter.*) | euenerit *OV*, putabo *O*, putare *RC* (*cf. v. 16*) ‖ 7 est *dett.*, *om. RCOV* ‖ 9 speculis *R* ‖ 10 deputo *O*, deputare *RC* (*cf. v. 16*) | ESSE *om. RC* ‖ 12 sapientior *C* (*dett.*) ‖ 13 bene adire *om. RCO* ‖ 14 interribilem *C* | uti *RCO* ‖ 16 monuit ⟨qui ait⟩ *RCOV*; *cf. infra* ‖ 18 isocratis *cod. Cuiacii*, *M*[6], socratis *rell.* | qui ait *dett.*, *om. hic RCOV*; *cf. supra* | *μηδὲ — ἐπιπλήττων M*[4] (*Lindenbr.*; *ex cod. Cuiacii?*), *om. in lac. dett.*, *sine lac. RCOV* ‖ 23 pacato ore] miti pectore *dett.* ‖ 26 ad litigandum *Steph.*: alligandum *codd.* | raptim *Bentley*: partim *codd.* ‖ 27 reddita *Hartman*: addita (adita *R*) *codd.* | peruertendo *codd.*, *corr. Steph.*

*255* **25** 1 SALVVM TE VENIRE ἔλλειψις — *uel* ἀποσιώπησις —: ‘gaudeo’ enim subauditur; quod nisi acceperis, non intelleges cur hic responderit ‘credo’. 2 SALVVM VENIRE iracundiam frangere conatur obsequio et mora. 3 SALVVM VENIRE altera salutatio ad leniendum et ad criminis dissimulationem. sed et tertio addidit ‘satin omnia ex sententia?’

*256* **26** 1 VALET HIC EST oratorie dissimulat atque ita, quasi senex non iratus quaerat, sed de salute sollicitus Antiphonis.

*255* **25** 4 CREDO HOC RESPONDE MIHI hoc incerta distinctione pronuntiatur.

*256* **26** 2 SED SATIN OMNIA EX SENTENTIA quod uulgo ‘omnia recte?’ et deest ‘quaeris’ aut quid tale.

*257* **27** 1 VELLEM EQVIDEM semper hoc uerbum dolentis est et negantis euenire quod uoti est. 2 QVID ISTVC EST magnam uim habet contra iram huiusmodi interrogatio.

*258* **28** 1 BONAS ME ABSENTE HIC CONFECISTIS NVPTIAS mire consuetudinem expressit dicendo ‘bonas’. 2 ME ABSENTE summa criminis. 3 BONAS ME ABSENTE HIC CONFECISTIS NVPTIAS crimen in duobus esse demonstrat, quod non bonas et quod absente patre.

*259* **29** 1 EHO AN ID SVCCENSES NVNC ILLI huc tendebat interrogatio, ut tam integris rebus admiraretur irasci senem. 2 ARTIFICEM PROBVM εἰρωνεία, nam non est artifex, cuius deprehenditur fucus.

*260* **30** GESTIO plus est quam ‘uolo’.

1 te aduenire *V* (*dett.*) | elipsis *V*, eclipsis *RCO* | aposiopesis *codd.* ‖ 2 intelligis *RCO* ‖ 3 credo *om. C* | ⟨te⟩ aduenire *V* (*dett.*); *sic et infra* ‖ 8 VALET HIC EST *Bentley*: uellem equidem (eque *RC*) hic enim *codd.* (*cf. v. 27*) | ita ⟨respondet⟩ *Steph.* ‖ 9 sollicitus ⟨sit⟩ *V* (*dett.*) ‖ 11 pronūctatur distintione *C* ‖ 14 quidem tale *RCO* ‖ 16 est *2.*] sit *V* (*dett.*) ‖ 18 HIC — 20 ABSENTE *om. RCO* ‖ 20 fecistis *C* ‖ 22 non *ed. pr.*: nunc *codd.* ‖ 23 Eo *RC* | an ⟨tu⟩ *O* ‖ 25 ϋρωνία *V*, ironia *O*, * * * * *RC* | nam non] nunc *RCO* ‖ 26 reprehenditur *codd.*, *corr. Steph.* | fucus *Goetz*: locus *codd.*; dolus *Hartman*, (qui d.) ⟨falsi⟩locus *Schoell* ‖ 27 est ⟨gestio⟩ *V* (*dett.*)

*261* **31** DARI MIHI IN CONSPECTVM non dixit ‘uenire’ ut filium, sed ‘dari’ ut reum.

*262* **32** 1 LENEM PATREM ILLVM o artificium poetae! in media patris saeuitia mentionem lenitatis induxit, ut ostendat quam facile placari possit. 2 LENEM PATREM ILLVM FACTVM E. ⟨A.⟩ nota ἀντίθετον: non enim leni ‘asperrimum’ sed ‘acerrimum’ reddidit, et mutauit gradum positiuo superlatiuum opponens. 3 LENEM PATREM ILLVM FAC. E. AC. sic Vergilius (*Aen. II 274—75*) ‘quantum mutatus ab illo Hectore’.

*263* **33** 1 ATQVI NIHIL FECIT P. summa contradictionis. 2 *Et* non dixit ‘leuiter peccauit’ sed ‘nihil fecit’, nedum ‘quod punias’ sed ‘quod succenseas’, id quod leuissimum est.

*264* **34** 1 ECCE AVTEM SIMILIA OMNIA ‘ecce autem’ uox est apta his, quae noua et improuisa animo accidunt. sic Vergilius (*Aen. II 203*) ‘ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta’. 2 SIMILIA OMNIA OMNES CONGRVVNT more stomachantis ‘omnia’ et ‘omnes’ de his dicit, quae ad duos pertinent.

*265* **35** 1 VNVM COGNORIS OMNES NORIS iterum non ‘duos’ sed ‘omnes’. 2 *Et* uarie ‘cognoris . . noris’. 3 VNVM COGNORIS OMNES NORIS sic Vergilius (*Aen. II 65—66*) ‘et crimine ab uno disce omnes’.

*266* **36** HIC IN NOXA EST ILLE AD DEFENDENDAM CAVSAM ADEST hoc Demipho non sine quadam delectatione dicit, quam tamen premit ob iram praesentem.

*267* **37** 1 CVM ILLE ABEST HIC PRAESTO EST huic loco

2 dario *R* ‖ 3 o *Steph.*: ōe *V*, omē *C*, omne *RO*; uide *Bentley* | in mediā patris sententia *R* ‖ 4 leuitatis *RO* ‖ 5 placari *dett.*: placare *RCO*, placare[i] *V* | posset *codd., corr. Steph.* ‖ 6 FACTVM — A.] factum esse *RCO*, f· *V* | αϱθῖ|ετον *V*, antiteton *O*, * * * * *RC* ‖ 7 gradum mutauit *V* ‖ 8 positiui superlatiuo *RCO* | opponē *R*, -nemus *O* ‖ 9 FAC.] factum *V*, *om. O* | esse acer· *V*, *om. RCO* ‖ 11 summam *R* ‖ 13 necdum *Sabbad.* ‖ 15 SIMILIA OMNIA] nihil *RCO* ‖ 21 iterum] utrum *RC* ‖ 25 defendendum *RC* | CAVSA] e· *RC* ‖ 26 antipho *RV* ‖ 28 adest *RCO*

reddidit Cicero illum locum in Verrinis (*II, II 12, 31*) 'qui ciues Romani erant, si Siculi essent, tum si eorum legibus dari oporteret. qui Siculi, si ciues Romani essent'. nam subauditur ad 'qui ciues Romani erant' 'iudices dabantur', ad '⟨si⟩ Siculi essent' subauditur 'rei'. 2 CVM ILLE EST ζεῦγμα, nam hic subaudiendum 'in noxia' est. 3 HIC PRAESTO EST 'ad defendendam causam' subauditur.

*268* **38** 1 PROBE EORVM FACTA IMPRVDENS DEPINXIT SENEX ideo 'imprudens', quia nescit in amore esse citharistriae Phaedriam. 2 IMPRVDENS modo nesciens.

*269* **39** 1 NAM NI HAEC ITA ESSENT HAVD CVM ILLO STARES PHAEDRIA uide quemadmodum iam praestruat poeta ad ea quae futura sunt ad adiuuandum amorem Phaedriae. 2 CVM ILLO H. ST. PH. cum Antiphone scilicet. 3 *Et* CVM ILLO ἀντὶ τοῦ 'pro illo': in eius enim parte stamus, pro quo facimus. sic Vergilius (*Aen. XII 565*) 'Iuppiter hic stat'.

*270* **40** 1 SI EST PATRVE CVLPAM VT ANTIPHO IN SE ADMISERIT principium per insinuationem subtilem. 2 *Et* honesta locutio 'si est ut admiserit' pro 'si admisit'. 3 SI EST PATRVE CVLPAM VT ANTIPHO ⟨IN SE⟩ AD. oratorium principium ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τοῦ λέγοντος. 4 IN SE ADMISERIT bono ornatu addidit 'in se', cum et sine hoc planum uideri possit. et hic est quem Cicero (*or. 23, 76*) sucum orationis appellat.

3 oportet *codd.* | si] qui *codd.* ‖ 4 nam — erant *om. C* | nam] rem *RO* | at qui ciues *ROV* | essent *RO* ‖ 5 ad] ac *RCO* | si *add. Steph.* | rei *Steph.*: ei *codd.* ‖ 6 ζευμα *V*, zeuma *O*, *** *R*, *om. C* | ḥiç *C* | noxa *OV* ‖ 8 EORVM] horum *dett.*, *Ter.* | DEPINXIT — imprudens *om. C* ‖ 11 nesciens ⟨dicitur⟩ *O*, insciens *V* ‖ 12 ITA *om. V* ‖ 13 iam] uiam *Bentley*, *at cf. p.* 424, 21 | restituat *RCO* ‖ 15 CVM ILLO *om. C* ‖ 16 ἀντὶ τοῦ pro *Steph.*: amaturo *codd.* | illo *om. OV* ‖ 18 hac *Verg.* ‖ 19 SI] sic *RCO* | culpa *codd.* | VT — 22 ANTIPHO *om. O* ‖ 22 SI] sic *RC* | culpa *RC* | AD. oratorium] adortatorium *V* ‖ 23 ΑΠΟ ΤΗϹ ЄΠΙЄΙΚЄΙΑϹ ΤΟΥ ΑΙΤΟΥΝΤΟϹ *cod. Cuiac.*, ἀπὸ τῆσ επισηκηασ τοῦ λεlovlε *V* (*cf. prol. 22*), ****** *RCO* ‖ 25 plenum *Steph.*

271 **41** 1 EX QVA RE MINVS REI FORET AVT FAMAE non pauperis neque * * * * 2 *Et* docuit in negotio nuptiarum duabus rebus consuli, 'rei' et 'famae', hoc est facultatibus dotis honestatique natalium. 3 EX QVA RE MINVS REI haec tractatio est criminis oratoria, in qua defensor excusat crimen et reum purgat. 4 MINVS REI FORET AVT FAMAE uenuste insertum 'rei', cum praeposuisset 'culpam'. 5 MINVS REI FORET quia pauperem, FAMAE quia ignobilem. 6 TEMPERANS consulens, prouidens, moderatus, ut (*Verg. Geo. I 360*) 'iam sibi tum curuis male temperat unda carinis'.

272 **42** 1 NON CAVSAM DICO id est: non recuso, non deprecor. 2 NON CAVSAM DICO QVIN QVOD MERITVS S. F. rhetoricum est θεώρημα in huiusmodi exceptionibus, quo uti solet qui propositae causae fiduciam gerit: si aut hoc aut illud, non oro ueniam, non deprecor poenam. 3 QVIN QVOD MERITVS SIT †quin hunc defensorem magis et non iudicem dicam†. sed hic colligitur patrocinantis auctoritas: non enim dixit 'quod uolueris', sed 'quod meritus sit' manente eo si peccauit tamen.

273 **43** 1 SED SI QVIS FORTE MALITIA FRETVS SVA quasi non defensurus sed simul causam cogniturus aduenerit, non contendit uerum esse id quod dicit, ne sollicitum faciat ad credendum. sic apud Vergilium (*Aen. II 136*)

1 RE *om. RCO* | non pauperis neque (neque * * * *C*, *om. O*) *ante* EX *RCOV*, nota hic comparatiua qualitas est (nota — est *om. L*) pauperis neque (atque *D*) strenui *dett.*, *ed. pr.*; ignobilis uirginis expetitur sponsio *suppl. Schoell* ‖ 2 docuit] do aut̃ *R*; decuit *Bentley* | in] $\overset{\text{i}}{\text{m}}$ *R* ‖ 4 dotis — MINVS *om. O* ‖ 5 tractatio *dett.*, tractio *CO*, ratio *R*, $\overset{\text{el}}{\text{ratio}}$ *V* ‖ 6 excusat *Wieling*: acc- (*post* crimen *V*) *codd.* | FORET *om. C* ‖ 7 uetuste *Bentley*, ⟨haud⟩ uenuste *Steph.* | rei cum *om. RCO* ‖ 12 nec deprecor *V* ‖ 13 S. F. *om. RCO* ‖ 14 theorema *V*, te orem an *RCO* ‖ 15 propositae *dett.*, praep- *RCOV* | si aut *Sabbad.*: sit *V*, ut *RCO* ‖ 16 illuc *RCO* ‖ 17 SIT] sim *RC*, (*ex* sit *corr.*) *O* | qui nunc def. . . . iudicem agam *Schoell* ‖ 21 FORTE *post* SVA *RCO* | quasi — *p.* 418, 2 FORTE *om. V*

Sinon ‘dum uela darent, si forte dedissent’. 2 †SI QVIS FORTE† bene se adiungit ad crimen, ut leuet culpam.

*274* **44** 1 INSIDIAS NOSTRAE FECIT ADVL. mire ‘insidias’ dixit, ut diu comparata causa per ignorantiam dolosque capti uideantur. 2 ADVLESCENTIAE opportuna aetatis commemoratio *πρὸς τὴν συγγνώμην*.

*275* **45** 1 NOSTRANE CVLPA AN IVDICVM potentior facta sententia est *τῇ ἐρωτήσει*. 2 NOSTRANE CVLPA AN IVDICVM duplex *μετάστασις*, altera in accusatores, altera in iudices. 3 *Et* bene miscuit personas, ut reum subleuet et suo merito et multitudine reorum. 4 NOSTRANE CVLPA EST AN IVDICVM mire assurrexit in fiduciam defensoris; nam cum supra de Antiphone dixerit, nunc intulit ‘nostra’.

*276* **46** QVI SAEPE PROPTER INVIDIAM ADIMVNT DIVITI moraliter de his qui inuident.

*277* **47** 1 AVT PROPTER MISERICORDIAM ADDVNT PAVPERI posteriorem causam honestiorem posuit, ne non Antiphonem defendere sed accusare iudices uideretur. 2 AVT PROPTER MISERICORDIAM primum *ἀντίθετον*. 3 *Et* oratorie naturam iudicum *τῷ ὁρισμῷ* expediuit.

*278* **48** 1 NI NOSSEM CAVSAM CREDEREM VERA H. L. suauissime laudauit oratorem, qui omnia ad persuadendum idonea aduocans solum conscium non adduxerit ad creden-

1 SI QVIS FORTE] *schol. pert. ad* 44 NOSTRAE ‖ 2 se *Steph.*: si *V*, *om.* *RCO* ‖ 5 oportune (-nę *RO*) *codd.*, *corr.* *Steph.* ‖ 6 *πρὸς τὴν συγνόμην* *V* (*Steph.*), *om. rell.* ‖ 7 culpa ⟨est⟩ *V* (*dett.*) | potentior *dett.*, -tioꝝ *RCOV* ‖ 8 *τῇ ἐρωτήσει* *Steph.*: *τη εροθεσεν* *V*, **** *R*, *om.* *CO* ‖ 9 duplex — IVDICVM *om.* *O* | ⟨dixit⟩ duplex *V* | ΜΕΤΑϹΤΑϹΙϹ *cod. Cuiac.*, metathesis *rell.* | accusatorem *V* (*dett.*) ‖ 10 miscuit personam *RC*; ⟨suam⟩ m. p. *Steph.* ‖ 13 cum *post* supra *RCO*, *om.* *V* | dixit *O*, -erat *V* ‖ 14 moraliter *Sabbad.*: cum alter *RCOV*, *cod. Huls.*, o cum alteri *cod. Cuiac.*, non alterari *dett.* ‖ 15 de his (eis *Sabbad.*)] dicit *RCO*, *cod. Cuiac. et Huls* , *om. dett.* | qui inuident *dett.*, quin uident (-derit *RV*) *RCOV*, quia inuident *cod. Huls.* ‖ 17 non ne *R*, non me *O* ‖ 19 *αντιθετω* *V*, antiph⁹ *O*, **** *R*, *om.* *C* ‖ 20 *τὸ ορησμὼ* *V*, *om. rell.* ‖ 23 conscium *Steph.*: concilium *codd.*

dum. 2 NI NOSSEM CAVSAM CREDEREM VERA H. L. oblique poeta se laudauit.

*279* **49** AN QVISQVAM IVDEX EST QVI POSSIT NOSCERE TVA IVSTA VBI TVTE V. NON RES. apparet iam persuasum esse seni uerum aduersarium fuisse Phormionem, non subiectum atque appositum sycophantam. unde ad aliud transit, ut accuset segnitiem in respondendo, quae leuior culpa est. ita, quod cedentibus moris est, paulatim seni singula extorquentur e manibus.

*280* **50** 1 TVA IVSTA diserte magis et absolute ‘tua iusta’ quam si aliter diceret. 2 VBI TVTE VERBVM NON RESPONDEAS non dixit ‘parum dicas’ sed ‘uerbum ⟨n. r.⟩’

*281* **51** 1 ITA VT ILLE FECIT unde scit? an hic poetae uirtus est, quod omnia ante inducatur cognouisse, ne in scaena haec ut noua audiens tragicis motibus insaniret?

2 FVNCTVS ADVLESCENTVLI EST OFFICIVM oratorie crimen quod obiectum est non purgauit modo, sed etiam ad laudem conuertit, quod rhetores περίστασιν dicunt. 3 *Et* hoc de Apollodoro. 4 FVNCTVS ADVLESCENTVLI OFFICIVM LIBERALIS deriuatio causae. et est uenialis status. 5 FVNCTVS ADVLESCENTIS EST OFFICIVM LIBERALIS ingeniose non negauit hoc crimen occasionem laudis de confessione sumpturus.

*282* **52** 1 OFFICIVM LIBERALIS potenter ‘officium’ nominat, quod ille crimen appellat. 2 *Et* nota ‘functus officium’ accusatiuo casu, quod nos ablatiuo. 3 POSTQVAM AD IVDICES VENTVM EST NON POTVIT COGITATA PROLOQVI haec

1 L. *om.* *V* ‖ 4 seni esse *RO* ‖ 6 sicophanta *RCV* | ⟨et⟩ ad *C* | et accusat *O* ‖ 8 quod . . moris *cod. Cuiac.*, ut . . mos *rell.* | credentibus *OV* ‖ 11 RESPONDEAS non *O*, *om. rell.* ‖ 12 n. r. *add. W.* ‖ 13 ITA] item *RCO* | scit *Steph.*: sic *RCV*, fuit *O* ‖ 14 ante] autem *R*, *om.* *O* | inducātur *RCV*, -citur *O* (*dett.*), *corr. Sabbad.* ‖ 17 subiectum *RC* ‖ 18 περιτασιν $V^2$, **** *rell.* ‖ 19 adolescentis *R*, (*post* OFFICIVM) *V* ‖ 20 est *om.* *V* | uernalis *RC*, uenialis (*post* status) *V* ‖ 21 ado· *V* | EST *om.* *R* | ingenio senum congregauit *RC* ‖ 26 ⟨ad⟩ accusatiuo *RC* ‖ 27 EST NON *om.* *RC* | hoc *V* | haec — PROL. *om.* *O*

apud oratores *μετάθεσις αἰτίας* dicitur, hoc est translatio causae facti, quem uulgo c o l o r e m nominant.

*283* **53** NON POTVIT COGITATA PROL. ergo quod cogitauit, industriae est, quod nihil dixit, pudoris.

*284* **54** ITA EVM TVM TIMIDVM 'timidum' perturbatum. Plautus (*Bacch. I 1, 73*) 'nam ut ex mari timida es' et ipse in Adelphis (*III 2, 7*) 'me miseram, quidnam est quod sic uideo timidum et properantem Getam?'

*285* **55** LAVDO HVNC SED CESSO ADIRE satis defensionis est, ut Geta adire iam non timeat dominum.

*286* **56** 1 ERE SALVE SALVVM TE ADVENISSE GAVDEO principium a beniuolentia. 2 *Et* uide uernilitatem aptissimam callido seruo: credasne hunc esse, qui supra dixit (*v. 18 sq.*) 'erus si redierit, molendum esse in pistrino, uapulandum' etc.? 3 O BONE CVSTOS SALVE quam ab initio idem motus seruatus seni! nam idem nunc est, qui supra dixit (*v. 3*) 'o Geta monitor', quamquam per *αὔξησιν* plus significat quod dixit 'bone custos' quam quod supra 'monitor'.

*287* **57** 1 COLVMEN VERO FAMILIAE 'columen' culmen. an 'columen' columna, unde c o l u m e l l a e apud ueteres dicti serui maiores domus? Lucilius XXII (*fr. 1 M.*) 'seruus neque infidus domino neque inutilis quoiquam Lucili columella hic situs'. Tubero (*inc. sed. rell. fr. 12 P.*) 'hinc in m. an. eorum columine ciuitas continebatur'. Horatius

1 *μετάθεσισ αητασ V*, * * * * * *RC* | dicitur] bñ *R* ‖ 3 PROL.] proferre *RC* ‖ 5 timidum *om. RCO* | ⟨·i·⟩ perturbatum *O*, perturbauit *RC* ‖ 6 nam ut in naui uecta es, credo timida es *Plaut.* ‖ 10 ut] ubi *O*, *dett.*, *edd.* | adire *post* timeat *V* ‖ 12 Et *om. RCO* | uernulitatem *RC* ‖ 13 callidissimo *V* | -ne *dett.*, non *RCV*, num *O* ‖ 16 seni ⟨est⟩ *V* | nam *Steph.*: ne *RC*, o ne *O*, ut *V* | qui] quod *V* ‖ 17 per *αὔξησιν Steph.*: per ausesim *O*, pusillum *RC*, auxesis *V* ‖ 20 columen *om. RC* | culmen *om. O* | an *CO*, a *R*, alii *V* ‖ 21 columna *D*, -nam *RCV*, *om. O* ‖ 23 inutili *RC* | quoiquam (cuiquam *Steph.*)] quanquam *codd.* | lucilii *dett.*, -ius *RCOV* | columella *Steph.*: -elle *codd.* ‖ 24 situs ⟨Metrophanes⟩ *Lindenbr. ex Martial. XI 90, 4* | tu uero *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 25 m. an.] millesimum annum *Steph.* | eorum *O* (*Steph.*), *om. rell.*; eo *Sabbad.*

contra pro columine columnam (*c. I 35, 13—14*) 'iniurioso ne pede proruas stantem columnam'. Ennius X (*ann. XI 362 M. = v. 348 V.*$^2$) 'regni uersatum summam uenere columnam'. 2 COLVMEN VERO FAM. sustentatio uel decus, unde columnae dictae. 3 *Et* moralis ⟨in⟩ αὐξήσει εἰρωνείᾳ.

288 **58** CVI COMMENDAVI FILIVM HINC ABIENS MEVM duplex accusatio est de eo quod fecerit. et haec conueniunt in eas personas, quas peccare non oportuerit.

289 **59** 1 IAM DVDVM TE OMNES NOS ACCVSARE AVDIO IMMERITO uide quam in his uerbis etiam uultus quidam serui contumacis appareat et uersute mali. 2 *Et* hoc est quod dixerat (*I 4, 51—52*) 'ego in insidiis hic ero succenturiatus'.

290 **60** 1 IMMERITO ET ME HORVM OMNIVM IMMERITISSIMO tantum impudentiae superest, ut non solum se, sed alios defendat. 2 HORVNC O. IMMERIT. ⟨τὸ⟩ πλῆρες 'horunce'. sic nos hunc et hanc dicimus.

291 **61** 1 NAM QVID ME IN HAC RE FACERE VOLVISTI bona exceptione locutus est, quasi in aliis omnia fecerit.

290 **60** 3 IMMERITISSIMO ut falso paruo de aduerbiis est in o desinentibus.

291 **61** 2 IN HAC RE VOLVISTI TIBI quam contemnat iram domini, ut hoc ipso purgatior uideatur, ex hoc apparet, quod addidit 'tibi'. sic enim dicere solemus 'quid tibi uis faciam?', cum alieno negotio frustra nos ostendimus laborare.

2 stantem columnam *om. V* ‖ 3 uenere *Ilberg*: uero (-re *O*) *codd.* ‖ 4 FAM.] fama *RC*, -me *O* ‖ 5 in *add. Sabbad.*; ἐν *Schoell* | αυξεσισ ϋρωνύα *R*, auxesi (-sesis *O*) ironia *OV*, ***** *C*; αὔξησις ⟨ἐν⟩ εἰρωνείᾳ *Steph.*; *fort.* α—ς ⟨σὺν⟩ εἰρ. ‖ 7 est] et *RCO* | et *om. ROV* ‖ 8 peccare *Bentley*: spectare *codd.* ‖ 9 omnis *V* ‖ 12 in *om. V* | hic *om. C* ‖ 14 omnium horum *V* (*dett.*) | inmeritissimum *C*, si*mo* *V* ‖ 15 non *O*, nunc *RC*, minime *V* | sed] ad *RC*; etiam (*post* alios) *add. ed. pr.* ‖ 16 HORVNC O. IMMERIT. *Sabbad.*: horum commeruit *codd.* | τὸ *add. W.* (ὁ *Lindenbr.*) | παηρεσ *V*, *** *RO*, *om. C* | horum cesignos *C*, horum ii signos *R*, horum **** *O*, horum et sic nos *V* (*dett.*) ‖ 19 est *dett.*, *om. RCOV* ‖ 20 paruo] optato ? (*cf. Andr. III 2, 25*) ‖ 23 ut] et *RC* | ex *ex* et *corr.* $V^2$, et *RCO* ‖ 24 addit *C*

*292* **62** 1 SERVVM HOMINEM CAVSAM ORARE LEGES NON SINVNT hoc non quasi ignoranti dixit, sed stomachose admonet uelut stultum, qui rem manifestam non cogitet.

2 SERVVM HOMINEM uenuste ʻhominemʼ. Sallustius in Iugurta (*12, 5*) ʻcum interim Hiempsal reperitur occultans se in tugurio mulieris ancillaeʼ. 3 SERVVM HOMINEM C. O. L. N. S. mire extenuauit condicionem suam dicendo non ʻmeʼ sed ʻseruumʼ, et addendo ʻhominemʼ moraliter locutus est. sic Vergilius (*Aen. X 719—20*) ʻuenerat antiquis Corythi de finibus Acron, Graius homoʼ. 4 CAVSAM ORARE LEGES NON SIN. proprie. sic Vergilius (*Aen. VI 849*) ʻorabunt causas meliusʼ.

*293* **63** 1 NEQVE TESTIMONI DICTIO EST uis scire, inquit, quam non liceat seruo pro domino dicere? nec testis loco produci potest. 2 NEQVE TESTIMONI DICTIO EST uarie: non enim dixit ʻneque testimonium dicereʼ. 3 MITTO OMNIA etiam hoc perdidit senex, quod uidebatur ualidum ad accusationem; ita gradatim illi singula subducuntur et accusationis impetus euanescit.

*294* **64** 1 ADDE ISTVC IMPRVDENS TIMVIT ADVLESCENS haec non minus uerba causalem ad argumentandum uim habent.

2 MITTO SINO uim habent contra uoluntatem concedentis. 3 IMPRVDENS TIMVIT ADVLESCENS SINO *σχῆμα διανοίας· συγχώρησις.* 4 *Et* singula pronuntianda, ut plura uideantur.

*295* **65** 1 TV SERVVS VERVM SI COGNATA EST MAXIME sub obtentu huius propositionis, in qua pars legis ostenditur, iam poeta praeparat locum fallaciae Phormionis de dote accipienda. 2 VERVM SI COGNATA EST MAXIME ⟨*τῷ*⟩ *ἰδιωτισμῷ* addidit ʻmaximeʼ. nam siue est cognata siue non

11 NON SIN. proprie *Westerh.*: non (etiam *RC*, *om. O*) improprie *codd.* ‖ 13 uis — DICTIO EST *om. CO* ‖ 14 nec] ne *R* ‖ 20 haec — 23 SINO *om. C* | haec — habent *om. O* ‖ 21 argumentum *R* ‖ 22 MITTO — habent *om. R* | uim — SINO *om. O* ‖ 23 SINO *om. R* | *σχῆμα — συγχώρησις Steph.*: *εχημα ληανονασοηννορησισ V*, * * * * * * * * * *RCO* ‖ 26 sub — 29 MAXIME *om. RCO* ‖ 29 *τῷ add. Steph.* | *ἰδωτισμῶ V*, * * * * *RCO* ‖ 30 addit *CV* | cognata est *V*

est, non recipit τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, *hoc est: non dicitur 'maxime cognata' et 'minime cognata'*, sed aut est aut non est. alii sic ordinant: non fuit necesse maxime habere, alii: sed id quod lex iubet maxime dotem daretis.

*296* **66** ⟨SED⟩ ID QVOD LEX IVBET ⟨D. D.⟩ ordo: ⟨sed dotem daretis⟩. sic Vergilius (*Ecl. III 35—36*) 'uerum, id quod multo tute ipse fatebere maius, ⟨p. p.⟩'.

*297* **67** QVAERERET ALIVM VIRVM ⟨uide⟩ 'quaereret' quam sit idoneum ad significationem odiorum. Vergilius (*Aen. XI 129*) 'quaerat sibi foedera Turnus'.

*298* **68** 1 QVA RATIONE INOPEM POTIVS DVCEBAT etiam 'ducebat' magno sonitu intulit, quod minus momenti habet aduersus eos qui accusantur quam illa superiora. 2 INOPEM POTIVS DVCEBAT D. ⟨non⟩ 'inopem potius' sed 'potius ducebat' distinguendum est.

*299* **69** NON RATIO VERVM ARGENTVM DEERAT hoc ita per iocum ludibundus absoluit Geta, ut etiam quasi per iocum respondeat.

*300* **70** 1 ALICVNDE NIHIL DICTV EST FACILIVS hoc quasi subridens et auerso ab illo uultu pronuntiauit Geta, quod genus actionis securitatem ostendit hominis manifesta dicentis.

2 ALICVNDE Demipho 'alicunde' ad facilitatem rettulit, hic sic intellegi fingit, ut quasi non habens Demipho, a quo accipiat, dicere, dixerit 'alicunde'. 3 NIHIL EST DICTV FACILIVS mire ut solet prouerbio uno dissoluit

1 est *om. V* | non *om. C* | recepit *C* | τὸ μᾶλλον — ἧττον *Steph.*: τοναμον καὶ τον πον *V*, * * * * *RCO* | hoc est — minime cognata *OV* (*dett.*), *om. RC* ‖ 2 sed — non est *om. O* ‖ 5 SED *et* D. D. *om. RCV* (*dett.*) | sed — daretis *add. W.* ‖ 6 sit *RC* ‖ 7 p. p. *add. W.* ‖ 8 uide *add. W.*; *cf. schol. 72* | quaereret *om. C* | quam sit *W.*: quasi *RCV*, quam *O* (*dett.*) ‖ 10 turnus ⟨nunc⟩ *codd. praeter O* ‖ 11 POTIVS DVCEBAT *om. RCO* ‖ 13 aduersum *V* ‖ 14 D.] dicit *V* | non *add. Steph.* | sed *O*, et *rell.* ‖ 15 subdistinguendum *D*, *edd.* ‖ 16 per iocum *om. O* (*dett.*), *edd.* ‖ 17 ut] et *C*, *om. O* ‖ 19 dictum *C* ‖ 20 aduerso *RCO* ‖ 23 hoc *V* | intellegere ⟨se⟩ *Steph.* | fingit ut *Steph.*: fingit *O*, -gunt *rell.* | ⟨ex se (ipse *dett.*)⟩ demipho *V* (*dett.*) ‖ 24 acciperet *V*, -pi *O* | ⟨et⟩ dixerit (-rat *O*) *RCOV* ‖ 25 pro uerbo *RC*

totam senis intentionem, ut Heautontimorumeno (*IV 3, 40—41*) ‘quid si hoc pater resciuerit? — quid si redeo ad illos qui aiunt «quid si nunc caelum ruat?»’

301 **71** POSTREMO SI NON ALIO PACTO VEL FAENORE ostendit se senex haec perdere, cum ab his ad alia transcendit exclusus.

302 **72** 1 DIXTI PVLCHRE SIQVIDEM QVISQVAM CREDERET TE VIVO uide quam non laboret ad respondendum Geta, siquidem illi per ironiam respondit. 2 CREDERET pecuniam committeret.

303 **73** 1 NON NON SIC FVTVRVM EST NON POTEST hic iam palmae locus est poetae debitae, siquidem et omnia obiecerit Demipho et omnia soluerit Geta, quibus actis sola irrationabilis exclamatio relinquitur seni. 2 NON NON SIC FVTVRVM EST NON POTEST moralis abnegatio frequenti repetitione firmata.

304 **74** 1 EGONE ILLAM CVM ILLO VT PATIAR NVPTAM hic est, de quo supra dictum est (*I 2, 70—71*) ‘illene indotatam uirginem atque ignobilem daret illi? numquam faceret’. 2 EGONE ILLAM CVM ILLO VT PATIAR NVPTAM hic iam praestruitur quam facile triginta minas perditurus sit Demipho, dum illam uult excludere.

305 **75** 1 NIHIL SVAVE MERITVM EST ordo et sensus hic est: nihil mihi mercedis suaue est, ut ego illam cum illo nuptam feram. ‘suaue meritum’ enim s u a u e m m e r c e d e m significat. 2 NIHIL SVAVE MERITVM EST HOMINEM COMMONSTRARIER bono ordine peruenit ad Phormionem, a quo confutabitur magis senex.

306 **76** AVT VBI HABITET DEMONSTRARIER mire ostendit

1 ut in eauton *V*, ut eautontum’ *O*, *om. RC* ‖ 2 hoc si *RC* | resciuerat *C*, restituerat *R* ‖ 4 NON] nullo *V* (*dett.*); *sic codd. Ter. praeter* δ ‖ 5 ad *D*, *om. rell.* ‖ 6 exclusis *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 11 non ⟨sic⟩ non sic *RCV* | iam hic *V* ‖ 12 et *O*, ut *rell.* | abiecerit *RC* ‖ 14 NON *2. om. C* ‖ 17 ILLAM *om. R* ‖ 19 uirginem *om. V* ‖ 21 praestituitur *RCO* | · XXX · *codd.* ‖ 23 ordo — 26 EST *om. RC* ‖ 25 mercedis suaue *V*, mercede fraus *O* ‖ 26 commostrarier *RCV* ‖ 28 senex *Sabbad.*: sermo *RCV*, Demipho *O* ‖ 29 HABITET] abiit et *RC*

quam hic senex contemnat Phormionem modo, a quo mox superabitur.

307 77 ISTVM PATRONVM MVLIERIS hic et contemnit aduersarium et sui fiduciam monstrat.

308 78 1 ANTIPHO VBI NVNC EST mitius nunc quaerit, ubi sit Antipho et utrum amatae adhaereat, subtiliter, quod seruus intellegens respondet 'foris'. 2 IAM FAXO HIC ADERIT Vergilius (*Aen. IX 154*) 'haud sibi cum Danais rem faxo et pube Pelasga'. 3 FORIS 'foris' dixit, cum fugisse eum sciat.

309 79 1 ABI PHAEDRIA EVM REQVIRE ATQVE ADDVCE HVC opportuna et apta simplicitas attribuitur Demiphoni nil tale de Phaedria suspicanti. 2 EO RECTA VIA QVIDEM ILLO et amatorem ostendit Phaedriam et simul id agit, ne in conspectum patris ueniat Antipho.

310 80 NEMPE AD PAMPHILAM nisi hoc Geta dixisset, non intellegerent spectatores quid dixisset Phaedria.

311 81 1 AT EGO DEOS PENATES HINC SALVTATVM DOMVM nulla mentio fit uxoris apud Demiphonem — non enim conuenit argumento ut habeat — neque quid in Cilicia gesserit demonstratur ideo [Getam exclamasse], quia iam dictum est (*I 2, 16—17*) 'noster in Ciliciam ad hospitem antiquum'. causa enim quaesita est cur abesset, dum uxorem ducit Antipho, et causa ex argumento, id est auaritia, et quo minus uideatur pati nurum pauperem, qui ob spem lucri ab Attica in Ciliciam nauigarit. 2 HINC SALVTATVM ab hoc loco. 3 SALVTATVM adoratum prima post reditum prece.

1 contendat *RC* ‖ 3 hic et] hoc est *RCO* ‖ 5 inuitus *RC* ‖ 6 subtiliter] *sc.* quaerit | quod — ADERIT *om. RC* ‖ 7 respondet *W.*: -dit *codd* | | huc *O* ‖ 9 foris *dett.*, *om. RCOV* | eum . . cum *RV* ‖ 10 adduc *RC*, ad *O* | HVC ⟨huc⟩ *RCV* ‖ 12 EO] et *RC* ‖ 13 ILLO] illuc *Ter.* | et *om. V* ‖ 15 non — 16 dixisset *om. C* ‖ 17 penates deos *C* | domum ⟨deuortar⟩ *O* ‖ 19 sicilia *codd.*; *sic semper* ‖ 20 Getam exclamasse *om. O*, *edd.* (*irrepsisse e schol. II 2, 10 putat Rabbow*); Getam declarasse *post* dictum est *Sabbad.* ‖ 23 noster] nostro *O*, *Ter.* ‖ 25 nauigauit *RC* ‖ 26 hinc (hic *C*) Salu · *CO*, hinc salustius *R* | ⟨id (· i · *O*)⟩ salutatum *RO* | adoratum] adonicum *RC*, adharatum *O* ‖ 26 prima] quod est primum *V* (*dett.*) | reditum *Steph.*: redit ut *C*, reddit ut *R*, redditam *V* (*dett.*) | precem *codd.*, *corr. Steph.*

312 **82** 1 DIVORTAR bene 'diuortar' quasi de uia. 2 ATQVE ALIQVOT MIHI AMICOS ADVOCABO iam praeparat ridiculam aduocationem, qua plures adhibendo iuris consultos incertior reddetur.

313 **83** 1 AMICOS ADVOCABO 'amicos' et pro testibus et pro aduocatis ueteres posuerunt. 2 ADSIENT proprie 'adsient': a d e s s e enim dicuntur aduocati.

314 **84** VT NE IMPARATVS 'ne' pro 'non'.

---

2.

315 **1** 1 ITANE PATRIS AIS CONSPECTVM VERITVM HINC ABISSE in hac scaena de parasitis uilioribus Terentius proponit imaginem uitae, ut in Eunucho de potioribus *et his qui nuper processerunt, id est de assentatoribus.* animaduertendum autem huiusmodi genus hominum magis a Terentio lacerari. 2 ITANE PATRIS A. CON. V. H. A. adhuc narratur fabula de Terentio et Ambiuio ebrio, qui acturus hanc fabulam oscitans et temulentus atque aurem minimo inscalpens digitulo hos Terentii pronuntiauit uersus. quibus auditis exclamauit poeta se talem eum scriberet cogitasse parasitum, et ex indignatione, qua eum saturum potumque deprehenderat, delinitus ⟨est⟩ statim. 3 Haec labra lingens ut ebrius et ructans ut potus et satur pronuntiauit actor bonus. 4 ADMODVM annuendi uim habet dumtaxat modo. et subauditur 'ueritum'.

316 **2** 1 PHANIVM RELICTAM SOLAM subauditur 'ais'. 2 IRATVM SENEM iterum subauditur 'ais'.

1 bene diuortar *om. CO* ‖ 3 qu*a* *V*, quam *C*, quod *R* | uiros *RC* ‖ 4 redderetur *RCO* ‖ 5 et *1. O* (*dett.*), *om. RCV* ‖ 6 adsint *RCO* ‖ 7 adsint *RC*, *om. OV* ‖ 8 ne *om. RCO* ‖ 10 praeponit *C* ‖ 12 processerint *RCO* ‖ 14 adhuc *om. RCO* ‖ 15 de] a *C* | ambiuio ebrio *dett.*, ambibi ebrio *O*, ambebrio *RV*, (m *del.*) *C* ‖ 17 scalpens *V* ‖ 18 exclamauerit *RC* | excogitasse *V* ‖ 19 qua] quo *O*; quod *Steph.* *An* quia ? ‖ 20 delinitum *COV* | est *add. W.* | haec *O*, ac *RCV* ‖ 21 libia *R* | et *1.*] ut *COV* | potus et *W.*: pote *RCO*, potus *V* | pronuntiabit *Bentley* ‖ 23 subauditum *RC* ‖ 25 IRATVM — ais *om. RCO*

317 **3** 1 OPPIDO non ʻaio' sed ʻiratum' intellege. 2 AD TE SOLVM SVMMA PHORMIO RERVM REDIT TVTE HOC INTRISTI TIBI OMNE EST EXEDENDVM ideo uelut expergefactus ad has causas accedit Phormio, quia non diu sollicitum conuenit esse parasitum nec quicquam aliud nisi de conuiuio uel propter conuiuium cogitare: adeo nisi a Geta cogatur, modo etiam negotiorum Antiphonis neglegens atque securus est.

318 **4** 1 TVTE HOC INTRISTI παροιμία apta parasito, quia de cibo est. hoc autem inter rusticos de aleato mortario dici solet. 2 *Et* bene ʻintristi': proprie enim i n t r i t a dicitur huiusmodi cibus. 3 ACCINGERE appara te ipsum atque expedi.

319 **5** 1 ECCE REM QVID SI REDDET totum hoc quasi alia agens loquitur parasitus. et ex hoc apparet, quid intersit inter audaciam sycophantae improbi et patris familias perturbationem minime litigiosi: nam ille in bona causa aduocatos quaerit et ipse sollicitus in toto actu est, hic puncto temporis se ad calumniam praeparauit. 2 QVID SI REDDET bene iam ad illud respicit fabula, quod futurum est, propter Phaedriam. 3 SIC OPINOR non ad ʻtu impulisti' hoc pertinet sed ad id quod secum tacitus uoluit Phormio. 4 QVID SI REDDET hoc est: quid si respondebit? 5 An ʻmulierem' reddet?

321 **7** 1 CEDO SENEM hic alii excussisse torporem somni inducunt parasitum, alii transgluttisse quod in ore mandebat, quasi hoc morae fuerit ad uincendum senem.

1 non aio *O*, nouo *RC*, noue *V* | intelligo *RC* ‖ 2 reddit *RC* | TVTE — EXEDENDVM *om. V* ‖ 4 non] nihil *RCO* ‖ 6 ideo *V* | nisi *O*, nihil *rell.* | cogitatur *codd., corr. Steph.* ‖ 8 est *om. V* ‖ 9 παροιμία *Steph.*: παρονομια *V*, **** *rell.* | quia *W.*: qui *RCO*, quae *V* ‖ 10 inter rusticos] instrustros *R*, infrustros *C* ‖ 11 intrita] intristia *RV*, -stitia *C* ‖ 14 quod *RC* | ⟨ut⟩ alia *R*, alia ⟨ut⟩ *O* ‖ 15 et *om. RCO* ‖ 17 minime *om. RC* ‖ 18 in *om. RCO* ‖ 20 facturum *R*, factum *O* ‖ 21 ad *O*, id *rell.* ‖ 22 sed *O*, *om. rell.* | ad id *om. O* | quod *bis R* ‖ 25 exclusisse *codd., corr. Bentley* ‖ 27 more *O*, in ore *rell.*

2 CEDO SENEM non paruum litis molimen impendet, cum senex dicat (*II 1, 75*) ‘hominem commonstrarier’, parasitus dicat ‘cedo senem’.

322 **8** 1 QVID AGIS non interrogantis sed metuentis est hoc dictum. 2 QVID VIS NISI VT MANEAT PHANIVM ATQVE EX CRIMINE HOC ANTIPHONEM ERIPIAM ET IN ME OMNEM IRAM DERIVEM SENIS tria promittit in quibus omnis Antiphonis causa est constituta. 3 ATQVE EX HOC CRIMINE AN. ERI. sic dixit ‘ex crimine eripiam’ quasi ex incendio.

4 Considera trium rerum quas promittit gradus per auxesim esse seruatos. 5 PHANIVM uxor scilicet Antiphonis.

323 **9** 1 ANTIPHONEM ERIPIAM bene ‘eripiam’ dixit, quod causam significat dici pro eo qui teneatur oppressus. Vergilius (*Aen. XII 947—48*) ‘tune hinc spoliis indute meorum eripiare mihi?’. 2 IN ME OMNEM IRAM DERIVEM PATRIS d e r i u a t i o dicitur inflexio criminis ab eo ad quem pertinebat ad eum ad quem non pertinet.

324 **10** 1 O VIR FORTIS ATQVE AMICVS ordine laudauit: plus est enim ‘amicus’ quam ‘uir fortis’. 2 *Et* apparet auersum Getam exclamasse, quod maiorem uim habet quam si ⟨ipsi⟩ amico dixisset. 3 O VIR FORTIS ATQVE AMICVS nominatiuum pro uocatiuo posuit. 4 VERVM HOC SAEPE PHORMIO bene ‘saepe’ addidit, ut sententiam faceret de speciali dicto.

325 **11** 1 VEREOR NE ISTAEC FORTITVDO IN NERVVM ERVMPAT quid est ‘istaec’? nimium audax scilicet. et con-

1 CEDO SENEM *om. O* | non — cedo senem *om. C* | litis *Bentley*: m̄ilitis *R*, militis *O*, uulgus *V* ‖ 2 commostrarier *RV* ‖ 4 a$^{g}$is *C*, ais *O* | est *om. O* ‖ 5 hoc *om. V* ‖ 6 ET] ut *RC* ‖ 8 EX *om. V* ‖ 9 te (ex *O*) crimine eripit *codd.* ‖ 11 seruatos *O*, -tam *C*, -ta in *R*, -tos in *V* | uxor *O*, -rem *RC*, in uxorem *V* ‖ 13 ERIPIAM] -at *RCO* | quod causam] quo uim *Steph.* ‖ 14 qui ⟨iam⟩ *O*, quod *C* | tenebatur *O* ‖ 17 PATRIS] senis *V* (*dett.*); *sic Ter. codd. Aδ, cf. schol. 8, 2* | ad *om. C* ‖ 21 aduersum *codd., corr. Steph.* ‖ 22 ipsi amico *Schoell*: amice *codd.* ‖ 23 posuit *om. RC* ‖ 24 bene — *p.* 429, 4 PHORMIO *om. R* | addit *C*

uenit hoc dictum Getae, qui supra dixerat (*I 2, 73—74*) 'est parasitus quidam Phormio, homo confidens: qui illum di perduint!'

324 **10** 5 VERVM HOC SAEPE PHORMIO VEREOR NE I. F. IN N. ER. ex consuetudine Romana dixit, quia saepe in neruum coniciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi.

6 An numquid prouerbium ex sagittariis natum est, quod immoderatae plerumque uires adducendo arcu non telum incitent, sed neruum rumpant? 7 ⟨An⟩ quod saepe fortius ferientes neruum sibi aliquem laedant? 8 Ergo fortitudine nimia saepe uinci, saepe decipi contingit.

325 **11** 2 IN NERVVM ERVMPAT DENIQVE 'denique' modo παρέλκεται ex Terentiana consuetudine, qui hanc particulam in ultima ponit sententia.

326 **12** 1 IAM PEDVM VISA EST VIA 'pedum' pro 'pedibus' et 'uisa' ἀντὶ τοῦ 'prouisa'. 2 *Et* totum metaphorice.

327 **13** QVOT ME CENSES HOMINES IAM DEVERBERASSE VSQVE AD NECEM παρασιτικῶς totum translationibus loquitur; huiusmodi est enim umbraticorum hominum scurrilis oratio.

328 **14** 1 HOSPITES TVM CIVES ἀνακόλουθον secundum, deest enim supra 'cum'. 2 *Et* bene posterius posuit id quod maius est.

329 **15** 1 CEDO DVM EN VMQVAM INIVRIARVM AVDISTI MIHI SCRIPTAM DICAM plus est hoc quod per interrogationem

1 ⟨et⟩ qui *O*, qui ⟨ut⟩ *C* ‖ 2 quin *V* ‖ 3 di ⟨omnes⟩ *Ter.* | perdunt *O* ‖ 5 ex *om. V* ‖ 6 male facto *V* | carcere *CO* ‖ 7 annum quod *codd., corr. Lindenbr.* | ex *C*, e *R*, a *OV* (*dett.*) | innatum *RC* | est *om. V* ‖ 9 an ⟨ex eo⟩ *add. Steph.* ‖ 11 nimia] animi *RC* | contigit *R*, extinguit *C* ‖ 13 denique ⟨f.⟩ denique *RC* ‖ 14 parelceta *V*, par electa *RC*, parte lecta *O*; *corr. Sabbad.* | ex *om. V* ‖ 17 *αντιτον V*, **** *rell.* | metaphorice] **** *O* ‖ 18 diuerberasse *RC* ‖ 19 *παρεσιτικῶσ V*, parasitus *O*, **** *R*, *om. C* ‖ 20 enim *Hartman*: enim ⟨uim⟩ *RCO*, enim ⟨uis (ius *dett.*)⟩ *V* (*dett.*); e. mos *Bentley* | ⟨et⟩ scurrilis *codd., corr. Hartman* ‖ 21 hospitem ciuem (*om.* TVM) *RCV* | *αναχολουτον* secundum *V*, **** *RCO* ‖ 22 ⟨ac⟩ supra *codd., corr. Steph.* | cum *dett.*, tum *OV*, non *RC* ‖ 23 magis *RC* ‖ 24 audistis *RC* ‖ 25 quod *om. V* (*dett.*)

intulit, quam si diceret ʻnumquam mihi scripta est iniuriarum dica'. 2 INIVRIARVM SCRIPTAM DICAM κυριολογία: sic enim et Tullius (*Verr. II, II 14, 37*) ʻscribitur Heraclio dica'. 3 DICAM δίκη Graece causa est, quae fit Latine d i c a, ut ἀκτή a c t a, Καλλιόπη C a l l i o p a.

330 **16** 1 QVI ISTVC interrogare hic ideo fingitur Geta, ut parasitica progrediatur oratio. 2 QVIA NON RETE ACCIPITRI TENDITVR NEQVE MILVO rursus per allegoriam loquitur parasitus, ut totum et triuiale sit et ⟨ex⟩ conuiuiis escisque translatum. 3 QVIA NON RETE ACCIPITRI TENDITVR legitur et ʻtennitur': habet enim N littera cum D communionem.

331 **17** 1 QVI MALE FACIVNT NOBIS ore et unguibus scilicet. 2 ILLIS QVI NIHIL FACIVNT TENDITVR non sic accipias ʻnihil faciunt', quasi dicat ʻnec male nec bene', sed cum legeris ʻnihil faciunt', subaudito ʻnobis male'.

332 **18** 1 QVIA ENIM IN ILLIS FRVCTVS EST παρέλκον tertium, quo aut ʻquia' sub ʻenim' subiugatur, aut ipsum ʻenim' superuacuum est. 2 IN ILLIS FRVCTVS EST qui nihil faciunt nobis male. 3 QVIA ENIM IN ILLIS FRVCTVS EST ʻfructus' cibus, quia f r u m e n dicitur tractus gulae, quo cibus in aluum demittitur. 4 IN ILLIS OPERA LVDITVR qui male faciunt nobis. 5 LVDITVR exercetur. 6 An ʻilluditur', hoc est frustratur?

1 intulisse *V* | mihi *ante* numquam *V*, *om. C* ‖ 2 dicat *C* | INIVRIARVM — DICAM *om. RC* | κυριολογία *Bentley*: acyrologia *V* (aciriol- *ed. pr.*), *om. RCO* ‖ 3 scribit *RVO*, -at *C* ‖ 4 dica *om. RC* | DICAM *om. OV* | dicη (η *in ras.*) *V*, dioc *O*, dicam *RC* ‖ 5 dicam *RC* | ἀκτή] acte *codd.* | acte *R* | calliope *codd.* | Calliopa *om. RC* ‖ 6 quid istuc *V* (*dett.*) | interrogare hic (*Goetz*) ideo (idcirco *Sabbad.*)] interrogare dicitur et *codd.*; ʻdicis' et interrogare *Rabbow* ‖ 9 alloquitur *codd.*, *corr. Steph.* | et *1. om. V* ‖ 14 accipias *Schoell*: -piat *RCO*, -pe *V* ‖ 16 legeris *om. C* ‖ 17 EST *om. RC* | παρελκον tertium *V*, * * * * *RCO* ‖ 18 autem *V* | sub *Sabbad.*: sic *codd.* | subiungatur *V*, -gantur *RC*, -gitur *O*; *corr. Sabbad.* ‖ 19 qui — male *om. V* ‖ 21 cibus] cuius *RCO* | flumen *C*, fratrum *R* ‖ 22 quo] -que *RC* | dimittitur *ROV*, (*ex* -atur *corr.*) *C* ‖ 24 An] alii *V* ‖ 25 ALIIS] illud *V* | alicunde *RCV*

*333* **19** 1 ALIIS ALIVNDE EST PERICVLVM VNDE ALIQVID ABRADI POTEST utrum hic sensus est, quasi dixerit: aliud aliis periculum affertur, a quibus auferri potest, an: alii aliunde periclitantur quam credunt? est enim illis causa periculi non quae uidetur, sed quae ab illis aliquid auferre potest. 2 VNDE a quibus. 3 ABRADI per uim auferri.

*334* **20** 1 MIHI SCIVNT NIHIL ESSE rei scilicet. 2 DVCENT DAMNATVM DOMVM secundum ius scilicet, quo obaerati cum non soluendo essent, ipsi manu capiebantur. 3 DVCENT DAMNATVM DOMVM mire iuris usus est uerbis ad extenuandam poenam et rem ad commodum transferendam; nam quod obaeratis inimicum, id parasitus maxime optat: duci ab aliquo domum. addidit autem 'damnatum' quasi qui irrideat genus damnationis, in qua uictor pascere compellitur et uictus pascitur.

*335* **21** 1 ALERE NOLVNT HOMINEM EDACEM sensus est: sciunt edacem et ideo nolunt ducere. 2 *Et* hoc sic pronuntiandum est, ut facete totum uideatur illatum, quando si obaeratus sit sub huiusmodi poena, neque accusari ab alio queritur neque damnari. 3 HOMINEM EDACEM se significat. 4 SAPIVNT sibi consulunt.

*336* **22** 1 PRO MALEFICIO pro iniuria. 2 PRO MALEFICIO SI BENEFICIVM *παρασιτικῶς* 'beneficium summum' dixit 'alere'. 3 REDDERE retribuere, reponere.

*337* **23** 1 NON POTEST SATIS PRO MERITO AB ILLO TIBI REFERRI GRATIA multum promittit Geta parasito, cum dicat nihil futurum, quod pro merito ⟨retribui⟩ possit. 2 NON

3 afferri *RCV* ‖ 4 alicunde *RC*, aliçunde *V* | creduntur *RC*, -dant *O* ‖ 6 a quibus] aliquid *V* (*dett.*) | ⟨abradi⟩ per *V* ‖ 7 damnatum domum ducent *V* (*dett.*), damnatum domum *RC* ‖ 8 secundum — DOMVM *om. RC* ‖ 10 mire iuris usus *Schoell* (*duce Pithoeo*): mire usus *CO*, minus *R*, risus *V* ‖ 12 ab erratis *RCO* | inimicum ⟨est⟩ *V* (*dett.*) | parasitum id *RC* ‖ 15 et] ut *C* ‖ 18 facete] -re *RC* | elatum *RCO* ‖ 19 si obaeratus *Sabbad.* (*duce Steph.*): separatus *codd.* | sub *O*, ab *RCV* | huiuscemodi *C* ‖ 20 ab illo *C*, ab aliquo *O* ‖ 22 PRO — iniuria *post* 24 alere *V* (*dett.*), *om. RC* ‖ 23 *παρασιτικῶσ* *V*, * * * * *rell.* | ⟨dixit⟩ beneficium *codd.* | dixit *om. V* ‖ 25 ILLO — *p.* 432, 1 ILLO *om. RC* ‖ 27 retribui *add. Goetz*; accipere (*post* possit) *Steph.*

POTEST SATIS PRO MERITO AB ILLO huiusmodi sententia infert poeta †παρένθεσιν cum his quae uoluit inferre. 3 AB ILLO TIBI GRATIA REFERRI non ab eo qui te damnatum duxerit, sed ⟨ab⟩ Antiphone de quo sermo est.

338 **24** 1 IMMO ENIM SATIS NEMO PRO MERITO GRATIAM REGI REFERT bene parasitus quicquid praestat debere se dicit. et est proprium personae inferioris. Vergilius (*Aen. I 78—79*) 'tu mihi quodcumque hoc regni, tu sceptra Iouemque concilias, tu das epulis accumbere diuum'. 2 GRATIAM uicem. 3 NEMO PRO MERITO SATIS ⟨GRATIAM⟩ REFERT REGI 'rex' alias r e g n a t o r, alias d o m i n u s, alias d i u e s significat. sed nunc 'rex' rationem habet nominis ad aliquid, dicti ad significandum parasitum: ut enim parasitus regis est et libertus patroni, sic e contrario rex parasiti est et patronus liberti. quod si non esset, non 'nemo' tantummodo sed 'nemo parasitus' diceret.

339 **25** 1 TENE ASYMBOLVM VENIRE VNCTVM ATQVE LAVTVM E BALNEIS. haec non ab Apollodoro, sed de . . . (*Enn. sat. VI fr. 1 M. = v. 14—19 V.*[2]) translata sunt omnia: 'quippe sine cura laetus lautus cum aduenis infertis malis, expedito bracchio, alacer celsus, lupino exspectans impetu, mox cum alterius ablingas bona: quid censes domino esse

1 sententia *dett.*, -am *V*, sensus *O*, · N · *RC* ‖ 2 inferunt poetae (-ta *O*) *OV* | παρεντεσιν cum his *V*, parante sic hic *O*, ***** cū his *RC*, parenthasis (-thesi *D*) cum his *dett.*; *fort.* παρέμβασιν his | uoluit *dett.*: uult *RC*, noluit *V*, nolunt *O* | referre *R* ‖ 4 ab *add. Sabbad.* ‖ 5 PRO MERITO *om. RC* ‖ 6 fert *RC* ‖ 10 MERITO] mercede *R* | ref · regi *C*, ref · a · regi *R*, rex regi *V*, regi *O* ‖ 11 alias *2.*] uel *V* | alias *3.*] aliter *V* ‖ 12 rationem *Steph.*: nom̃ *RC*, numero *V*, uim *O* (*recte?*) | numinis *RC* | 13 dicti] duci *RC* ‖ 15 est *om. V* | et] ut *RCO* | non *2. om. V* ‖ 17 ad simbolum *codd.* ‖ 18 haec non *Steph.*: nec non *RCO*, nedum *V* (*dett.*) | sed de cen . . . . (*sic*) *V*, redeas *R*, r̄deas *C*, sed de sexto salis *** *dett.*, *om. O*; sed e sexto satyrarum Ennii *Steph.*, *v. append.* ‖ 19 translata — *p.* 433, 2 uoras] *lac. in O* ‖ 20 infectis *V*, inferetis *R*, inferetis *C*; infestis *L. Mueller*, exertis *Muretus* ‖ 21 impetu expectans *codd.*, *corr. Muretus* ‖ 22 cum] dum *Steph.* | ablingas *cod. Cuiac.*, ablinias *RC*, obligurias *V* (*sic Bentley*; abl- *L*, *sic Vahlen*) | domino *Muretus*: -nos *codd.*

animi? pro diuum fidem! ille tristis est dum cibum seruat, tu ridens uoras'. 2 TENE ASYMBOLVM VENIRE et hoc nomen constat inter parasitos esse confictum atque compositum contra illud in Andria (*I 1, 61—62*) 'symbolam dedit, cenauit'.

340 **26** 1 OTIOSVM AB ANIMO τῷ ἀρχαισμῷ addidit 'ab', cum sufficeret 'animo'. 2 CVM ILLE ET CVRA ET SVMPTV ABSVMITVR 'cura' in apparando, 'sumptu' in comedendo.

341 **27** 1 DVM TIBI SIT QVOD MAGIS PLACEAT acuenda uox in eo quod ait 'tibi'. 2 *Et* hoc eminenter adiectum est non sui curam sed conuiuarum gerere illum qui uocat. 3 ILLE RINGITVR TV RIDEAS poetico lepore iisdem syllabis diuersa significantia prope se inuicem posuit: 'ringitur' et 'rideas'. 4 ILLE RINGITVR TV RIDEAS uarie, nam pronuntiatiuo coniunctiuum miscuit. non dixit enim 'ringatur' sed 'ringitur'. 5 R i n g i est stomachari tacitum; est enim translatio a canibus latratoriis.

342 **28** 1 PRIOR BIBAS PRIOR DECVMBAS hoc ad procacitatem parasitorum rettulit. 2 PRIOR DECVMBAS ⟨Cicero⟩ aliter (*in Verr. II, I 26, 66*) 'mature ueniunt, d i s c u m b i t u r' inquit. 3 CENA DVBIA APPONITVR et hoc adeo parasiticum uerbum est, ut non intellegat Geta.

343 **29** 1 QVID ISTVC VERBI EST ut intellegat populus, idcirco et non intellegit et uult doceri Geta. ostendit autem poeta pro una quaque re uerba propria esse neque communia cum his, qui diuersi sunt actus. 2 VBI TV DVBITES QVID SVMAS POTISSIMVM non 'potius' sed 'potissi-

2 uorans *codd.*, *corr. ed. pr.* | teneas simbolum *RC*, tene ad simbolum *OV* ‖ 3 esse *om.* *C* ‖ 4 simbolum *codd.* ‖ 6 TΩΑΡΧΑΙCΜΩ *cod. Cuiac.*, τὸ αραϰησμω *V*, **** *RCO* ‖ 8 coemendo *R* (*Steph.*) ‖ 9 SIT] fit *Ter. codd. Aδ* | MAGIS *om.* *O* ‖ 10 eminenter] enim inter *O*, enim essent *RC* ‖ 11 gereret *RCO* ‖ 13 se *om.* *RCO* ‖ 14 et — RINGITVR *om.* *C* ‖ 16 sed ringitur *om.* *O* ‖ 17 latratoris *C* (latraturis *dett.*), latratoribus *OV*, latrantibus *R*, *corr. Schoell* ‖ 18 PRIOR BIBAS] cingas *RC* ‖ 19 Cicero] sic *codd.* ‖ 22 ut ⟨id⟩ *O* (*dett.*) ‖ 23 QVID — Geta *om.* *V* | populus *O* (*dett.*), plus *RC* ‖ 24 et *1.* *om.* *C* ‖ 25 esse *ante* uerba *O*, *om.* *C* | nec *C* ‖ 27 dubitas *V* | sumes *C*

mum' dixit, ut in re omni aliis alia potiora monstraret. Plautus (*Men. I 1, 27*) 'standum est in lecto, si quid de summa petas'.

344 **30** 1 HAEC CVM RATIONE⟨M⟩ INEAS intellegas, aestimes. 2 QVAM SINT SVAVIA ET QVAM CARA SINT non nihil philosophatus est poeta ostendendo multis suauia esse quae cara sint. 3 CARA magni pretii.

345 **31** 1 EA QVI PRAEBET NON TV EVM HABEAS PLANE PRAESENTEM DEVM hoc est quod ait (*v. 24*) 'immo enim nemo satis pro merito gratiam regi refert'.

346 **32** 1 SENEX ADEST VIDE QVID AGAS ibi interuenit senex ultimo, ⟨quando⟩quidem quod extra argumentum per inuentionem dici potuit consumptum est.

345 **31** 2 NON TV HVNC HABEAS PLANE PRAESENTEM DEVM praesentes di sunt uel qui statim praestant uel qui et coluntur et uidentur, ut Sol Luna. alii 'praesentem' pro potentissimo accipiunt, ut Vergilius (*Geo. II 127*) 'quo non praesentius ullum'.

346 **32** 2 VIDE QVID AGAS non terrentis est sed excitantis. 3 PRIMA COITIO ACERRIMA EST translatio a proelio, nam et congredi milites et coire dicuntur.

347 **33** 1 SI EAM SVSTINVERIS multum de illo exigit, quando non dicit 'si eam reppuleris' sed potius 'sustinueris'. 2 POST ILLAM IAM VT LIBET LVDAS LICET in officio militari omne negotium uel pugna uel ludus est.

587 **21** MEORVM SOLVS SVM M. ⟨‘*μόνος*⟩ *ἐγὼ γάρ εἰμι τῶν* ⟨*ἐμῶν*⟩ *ἐμός*’ Apollodorus. v. app. p. 546

590 **24** DONEC QVOD POLLICITVS SVM ut Vergilius (*Aen. II 719—20*) ‘donec me flumine uiuo abluero’.

1 homo ⟨*παροιμια*⟩ *ed. pr.* | *μονοσ ενιστατε φιλειν τουσ φιλοῦσ V*, *μονόσ ἐνΐστατέ φιλεῖν τοὺσ φίλουσ R*, ******** *C*, *om. O*; *μ- ἐπ- φ- τ- φ- ed. pr.*, *μόνος φιλεῖν* ⟨*γὰρ*⟩ *τοὺς φίλους ἐπίσταται Guyet*; *μ. ἐ.* | *φιλεῖν* ⟨*ἑαυτοῦ*⟩ *τ. φ. Schoell* ‖ 3 profectus ⟨est⟩ *R* | H.] haec *codd.* ‖ 4 *τὸ γερασ ἐστιν αυτο V*, *τό γερασ· ἐστίν’ αυτὸ R*, * * * * * *C*, *om. O*; *νοσημα add. ed. pr.* (*cf. Kock*); *v. append.* ‖ 6 *κυριολοΓια R*, *κυρωλομία V*, * * * * *CO* ‖ 7 ferre *Steph.*: per *V*, prae *RC*, parere *O* | conditione *RC* ‖ 11 FAM.] tam *C*, fa· *RV* ‖ 12 an post] aut post *V*, tp̃s *RC* | nuptiis *R*, -tiịs *C* ‖ 13 EXCVTIAM] excruciat *V* | et] ut *RCO* | excutiat *dett.*, -am *RCOV* ‖ 14 M.] i (m above) *V*, m& *R*, mꝛ *C*, nam& *O* | ξο *γαρ ενμεν το μεμοσ* et *V*, * * * * * * *C*, *om. RO*; *μονοσ γαρ ειμεμων εμοσ ed. pr.* ‖ 17 abluam *ut vid. R*

(2.)

592 2 VENIO AD HOMINEM uenuste repetitum 'hominem'.

605 15 HVNC ADORIAR HOSPITEM astute 'hospitem' de eo qui superuenit, nomen aptum imprudenti rerum atque alieno ab earum scientia. Sallustius (*Catil. 2, 8*) 'uitam sicuti peregrinantes transiere' etc.

---

3.

606 1 EXSPECTO QVAM MOX RECIPIAT SE⟨SE⟩ GETA ad errorem cumulandum persona Antiphonis interponitur utque ei adaucto metu amittendae uxoris maior fiat repentinae repetitio laetitiae.

610 5 VOLVP EST hoc uolup nomen est, ut hoc facul; sic enim per ἀποκοπήν ueteres loquebantur.

611 6 1 COMPLVRIA secundum regulam locutus est, nam hoc complure et haec compluria. 2 ⟨COMPLVRIA⟩ sic ueteres, quod nostri dempta syllaba complura dicunt. sic et Cato Originum V (*lib. I fr. 24 Peter; 23 Jord.*) 'fana in eo loco compluria' et Cicero in Protagora (*fr. 5 M.*) 'confirmandi genera compluria'. credo quia ueteres hoc plure, non hoc plus dicebant.

1 ueni *RC*; *continuatur haec scaena antecedenti* | uetuste *Bentley, at cf. II 1, 62* ‖ 2 nunc *RCO* | adorior *R* ‖ 4 earum scientia] ea sententia *RC* ‖ 5 transierunt *O*, -igere *rell.* ‖ 7 utque *W.*: atque *codd.*; ut *Steph.* ‖ 8 adducto *R*, aducto *C*, adductu *V*, andato *O*; *corr. Steph.* | maior ⟨uis⟩ fiat repentinae laetitiae *OV*; *aut* repetitio *del. aut* repentina repetitione laetitia *scrib.* ‖ 10 uolupe est *codd.* | uoluptatis *codd., corr. Steph.* | ut] et *O*, *om. V* | hec *RC* | facultatis *codd., corr. Steph.* ‖ 11 per ἀποκοπέν *RV*, per apocopen *O*, **** *C* ‖ 13 haec complura *C* | COMPLVRIA *add. Steph.* ‖ 14 dicunt — credo] dicunt fana hoc loco compluria cicero in protagora confirmanda sic dicendum cato originum innuit genera compluria credo *V*, primus dicit diceto (-ito *C*) cato originum · v · fana nec loco compluritiem in protagora confirmandi genera (-re *R*) compluria credo (-de *C*) *RC*, *praeter* confirmandi genere compluria credo *om. O*

*614* **9** 1 COMMODVM ‘commodum’ aestimatio est temporis. 2 COMMODVM tantum quod. Lucilius (*lib. inc. fr. 137 M.*) ‘†mihi commodum est aut dare uestimentorum posueram†’.

*618* **13** IS QVI ISTAM ἀποσιώπησις tertia: deest enim ‘obtrusit nobis’ aut ‘defendit’ aut quid tale.

*623* **18** 1 FVGITANS LITIVM casu genetiuo iunctum uim nominis habet ‘fugitans’, accusatiuo uim participii. 2 FVGITANS LITIVM quasi quod uult in domino facere, id iam in eo esse dicit, praeparans hominem ad contemptum pecuniae, quae poscetur statim.

*633* **28** DARI TIBI IN MANVM in manum datur ei, qui furtim accipit sine arbitro aut interprete, ut praeuaricator aut iudex corruptus.

*635* **30** 1 HAEC HINC FACESSAT pro ‘hinc se faciat’, id est abeat, ut ‘huc se faciat’ huc accedat significat. 2 HAEC HINC FAC. ‘facessat’ pro ‘cedat’, alias faciat. *ergo duas res significat hoc unum uerbum.* 3 An ‘hinc facessat’ prouerbialiter quasi hinc faciat? Plautus (*fr. dub. XII G.*) ‘argentum hinc facite’. 4 ‘Huc te fac’ dicitur pro ‘huc accede’.

*637* **32** ALIQVAM PARTEM etsi non totum, uel ‘aliquam partem’.

*639* **34** 1 VERBA HODIE INTER VOS sic dicebant iurgium

1 commoda aestimatio *codd.*, *corr. W.* intimatio *Schoell* ‖ 2 quod *om. C* ‖ 3 dare *CO*, clare *R*, ulla *V* | uestimentoꝝ (-tum *O*) posueram *RCO*, uestimenta reposueram *V*; *v. append.* ‖ 4 his *RCV* | quis tam *R*, qui tam *C* | *ἀποσιώπησισ V. ἀποσϊόπεσϊσ R*, aposiophosis *O*, * * * * *C* | ·III· *RC*, ɪn *O*, IIIª *V* | enim *W.*: et *codd.*; aut *Schoell* | obstrusit *R*, -xit *OV* ‖ 6 casu — LITIVM *om. C* | genetiuo iunctum *V*, *om. RO* | fugitans uim nominis habet *V* ‖ 7 uim] contrarium *O*, *om. R* | participium *R* ‖ 8 in domo *C*; dominum *Hartman* | facere] fieri *Teuber* ‖ 10 qui *C* ‖ 11 ⟨tibi⟩ dari *C* | in manum *om. C* | ei] enim *C* ‖ 12 furtim *cod. Cuiac.*, ferrum *O*, separatim *RCV* | ut] et *C* ‖ 14 HINC] huic *V* | id est — faciat *om. RC* ‖ 15 habeat *OV* | huic *1. V* | ⟨et⟩ huc *2. codd.* ‖ 16 HINC] huic *V* | recedat *O* | faciat] facessat *RC* ‖ 17 ergo — facessat *om. RC* | An] ut *O* | hic . . . hinc *O*, huic . . . huic *V* ‖ 18 facessat] faciat *O* ‖ 19 huic facite *V*, hic faciet *O*; *v. append.* ‖ 21 etsi — partem *om. RCV* | uel *dett.*, *om. O* ‖ 23 vos] nos *RV* | sic dicebant *om. RC* | iurgium *om. V*

significantes. 2 Proprie uerba commutare est, quod nos altercari dicimus.

643 **38** QVID NIMIVM QVANTVM LIBVIT apud quosdam diuersae personae cum uerbis singulis.

646 **41** PARVI RETVLIT nihil interfuit uel parum interfuit, id est nihil profuit.

647 **42** NON SVSCEPISSE INVENTA EST QVAE DOTEM in Graeca fabula senex hoc dicit: ‘quid interest me non suscepisse filiam, si modo dos dabitur alienae?’

654 **49** 1 SED MIHI *παρένθεσις* prima. 2 SED MIHI OPVS E. inductio doli est, nam antequam petat, petendi causam ingerit.

655 **50** 1 QVAE AFFERRET QVI DISSOLVEREM quia si opum causa habendarum dotatam quaereret, minor esset necessitas captandae opulentioris. 2 Aes alienum addidit, cui rei nihil opponi potest.

657 **52** 1 AB HAC ACCIPIO QVAE SPONSA EST mire ‘accipio’, non ‘accepturus sum’. 2 *Et* definitum modum ponit, ne de summa dotis supersit disputatio.

659 **54** VTRVM STVLTITIA FACERE *παρέλκον* tertium: [hoc] idem enim ualet ‘utrum’ quod ‘an’.

660 **55** DICAM SCIENTEM AN I. *ἀντίθετον* secundum, nam scienti imprudentem reddidit.

661 **56** 1 QVID SI ANIMAM DEBET Graecum prouerbium spreuit ‘εἰ δὲ ὤφειλε τὰς χεῖρας;’ 2 AGER OPPOSITVS EST

1 uerba proprie *V* | commutari *RCO* ‖ 3 Quid nimium quantum ⟨quia nimium quantum⟩ *codd.* | licuit *O* ‖ 5 retulit parue (-rum *O*) *RCO* | parum interfuit] inter parum fuit *RCV* ‖ 7 dote *V* ‖ 8 quid *dett.*, quod *OV*, quia *RC* | non me *R* ‖ 10 *παρένθεσισ V*, *παρεντεσϊσ R*, parentesis *O*, **** *C* | prima] ·ι· *O*, f· *RC* | SED MIHI *om. RC* ‖ E.] est *O*, est et *V*, et *RC* | inductio *Wieling*: indictio *V*, inditio *RC*, iuditio *O* ‖ 12 QVAE] qui *C* | ferret *RC* | si *om. R* ‖ 14 cui rei *Steph.*: uir ei *RCV*, iure *O* ‖ 15 apponi *V* ‖ 16 EST] est et *V*, et *RC* ‖ 17 ponit *L*, *om. rell.* ‖ 19 parelcon tertium *V*, **** *RCO* | hoc *secl. W.*; hic *Schoell* ‖ 20 idem *om. V* | utrumque an *RC* ‖ 21 AN I.] ac· i· *V*, *om. RC* | antitheton secundum *V*, ****** *RCO* ‖ 24 εἰ — χεῖρας *Rabbow*: ЄΙΔCΟΦΗΤΔЄΓΥCΚΥΡΔC *cod. Cuiac.*, *ετλεο φηλεν τὰς χήρασ V*, ****** *RCO*; *τι δε ει την ψυχην οφειλει ed. pr.* | appositus *R* | EST *om. CO*

PIGNORI ⟨OB⟩ DECEM MINAS argute non protinus 'triginta minas' dixit, sed paulatim colligit, ut partibus congestis in summa triginta minae sint et senex minus aggrauetur; nam si semel diceret, deterreret parcissimum senem. denique auditis decem minis statim respondet 'dabo'; conceduntur ab alio ⟨decem⟩. de reliquis decem superest disputatio, nam difficilis ⟨est⟩ ad dandum.

666 **61** 1 SVMPTV AD NVPTIAS 'opus est' subauditur. 2 SANE INQVIT DECEM MINAS bene 'sane inquit', quasi plus quidem exigat, sed contentus sit.

668 **63** 1 SEXCENTAS PROINDE POTIVS MIHI IAM SCRIBITO perspicere hinc licet consuetudinem utriusque sermonis, nam Apollodorus *μυρίας* dixit pro multis. 2 *Et* ut apud Graecos *μύρια*, ita apud nos 'sexcenta' dicere pro multis usitatum est. Cicero (*in Verr. II, I 47, 125*) 'sexcenta possum decreta proferre'.

673 **68** MEA CAVSA EICITVR ME HOC EST AEQVVM AMITTERE ratio, cur ipse uiginti dare debeat minas dante Demiphone decem.

674 **69** QVANTVM POTES ME CERTIOREM ⟨F.⟩ festinat Geta: scit enim dixisse lenonem (*III 2, 48*) 'mea lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum est'.

678 **73** QVAE QVIDEM RES ILLI VERTAT MALE non desinit poeta ostendere auaritiam Demiphonis, qui nec ideo libenter fert dari aliquid Phormioni, quia sic commodum ei

1 argute *O*, arguit *RC*, astute *V* ‖ 2 congesti; *O*, coruistis *C*, cōmestis *R* ‖ 3 et *W.*: ut *RCV*, *om. O* | senex *om. RC* | mitius *R* | agrauetur *RC*, grau- *OV* ‖ 4 denique (*cf. Eugr.*)] Demipho *Bentley et Westerh.*, utique *Schoell* ‖ 5 additis *COV* | respondet statim *V* | conceditur *RC* ‖ 6 decem *add. Steph.* | decem] · x · *R*, ex · *C*, · x · ⟨minis⟩ *V* ‖ 7 dubitatio *COV* | nam *Steph.*: non *codd.* | est *add. Lindenbr.* ‖ 8 sumptum *codd.* ‖ 9 minis *RC* | inquit sane *V*, sane *CO* | quasi *L*, quia si *O*, quia *rell.* ‖ 11 SEXCENTAS] ducentas *V*, sex · *R*, sed *C* | perinde *V* | IAM SCRIBITO] inscribito *RCV* ‖ 12 prospicere *RC* ‖ 13 *μυρίας* *Steph.*: cc *V*, cū *RC*, *om. O*; *ἑκατὸν δίκας Bentley* | ut *om. C* ‖ 14 *μύρια* *Steph.*: c *OV*, cū *RC*; *ἑκατὸν Bentley* | sexcenta] dc · *codd.* ‖ 18 minus *RC* ‖ 19 decem *om. RCO* ‖ 25 ei *Steph.*: rei *codd.*

est. Vergilius (*Ecl. IX 6*) ʻhos illi — quod nec bene uertat — mittimus haedos’.

679 **74** MECVM ARGENTVM ATTVLI comicum: argentum praesto est et causa additur, cur praesto sit et unde. simul et iracundiae uxoris et iurgio praeparatur locus.

680 **75** 1 FRVCTVM QVEM LEMNO et ʻLemni’ et ʻLemno’ legitur. 2 REDDVNT PRAEDIA proprie de fructu dixit ʻreddunt’. 3 FRVCTVM QVEM LEMNI VX. R. P. σχῆμα διανοίας· ἐφεξήγησις.

681 **76** 1 ID SVMAM non ʻfructum’ sed ʻargentum’. 2 ID SVMAM impendam, unde et sumptus dicti sunt. 3 VXORI TIBI OPVS ESSE DIXERO bene ʻesse’, non ʻfuisse’, ne iam repetundum uideretur. 4 OPVS ESSE D. adiunctiuum pro pronuntiatiuo, ut in Eunucho (*II 3, 88*) ʻperculeris iam tu me’.

---

## 4.

682 **1** 1 GETA HEM anxius Antipho ⟨****⟩. 2 ARGENTO EMVNXI SENES mire, cum e contrario ʻemunctus’ dicatur homo elegans et facetus, unde Horatius de Lucilio (*Serm. I 4, 7—8*) ʻfacetus, emunctae naris’ inquit.

683 **2** 1 SATISNE ID EST idne tibi uidetur satis esse ad miserias meas? 2 Quasi inimico dicit, ut dicere sole-

4 cur] cum *C* ‖ 5 et *2.*] ac *O* ‖ 6 LEMNO] lemni *V* (*dett.*) | et lemni *R*, lemni *C*, *om. OV* | lem*nio V* ‖ 8 reddunt *om. RC* | VX. R. P.] ux · et · p · *C*, uix & p · *R*, uix · ʃ *V* | σχῆμα διανοίας· ἐφεξήγησις *W.*: σκημαʃεν *** depim dixerim efferit id · a · *R*, σχηματων depire efferri iussit i · a · *V* **** diperim efferri iussit id · a · *C*, *** clipeum efferri iussit *O*, scema ephexegesis *L*; σχῆμα per ἐπεξήγησιν. RED. P. epexegesis *Sabbad.* ‖ 10 argentum *L*, sumptum *RCV*, fructuum *O* | ID] · i · *codd.* ‖ 11 VXORI — OPVS *om. RC* | VXORI TIBI *om. O* ‖ 13 repetendum *OV* | ESSE D.] esse di · *V*, e · d · *C*, c · d · *R* | adiunctum *RC* | pro *om. R* ‖ 14 ut *om. RC* | pertuleris *RO*, prot- *C* ‖ 15 tum mea *RC*, tum *O* ‖ 16 geta ⟨g. (geta *V*)⟩ *RCV* | anxius Antipho] antipho *V*, quid egisti *O* | *lac sign. Schoell* ‖ 18 unde] ut *V*, et *O* ‖ 20 ne id satis est *RC* | idne] id est *RCV* | uideor *RC*, -eo *O* | esse satis *V* ‖ 21 ⟨an⟩ quasi εἰρωνικῶς dicit *Steph.* | diceret *V*

mus aut ‘bene habet nunc’ aut ‘fecisti certe quod uoluisti’. ideo autem subambigue locutus est, ut posset ⟨per⟩quam aliter interpretari a Geta, qui respondet ‘nescio hercle: tantum iussus sum’. 3 SATIN EST ID ⟨ἐ⟩ρώτη⟨μα⟩ est.

690 9 VLCVS TANGERE prouerbiale, non enim εἰρωνικῶς dixit.

696 15 IN NERVVM POTIVS IBIT decipiet, a prouerbio tracto a sagittariis, cum uis conatusque tendentis arcum non in uolatum teli, sed in ruptionem nerui expetit.

698 17 1 TV QVOD BONI EST EXCERPIS honeste ‘excerpis’ dixit. 2 *Et* attende, quemadmodum dicat e x c e r p i bona, quibus non utatur.

709 28 1 ANTE BRVMAM irrisit homines Terentius, quibus religio est aggredi negotium aliquod diebus decrescentibus.

708 27 1 GALLINA CECINIT obstetricum est, cum †cidonia gallina canat, superstitem marito esse uxorem. 2 INTERDIXIT HARIOLVS ‘hariolus’ est, qui diuina mente uaticinatur, dictus h a r i o l u s quasi f a r i o l u s a f a r i; scilicet H pro F, ut et F pro H, in multis locutionibus mutabantur.

3 An ab h a l a n d o? nam halitu solebant excludere ueluti mortalem animam, ut diuinam reciperent. unde et uoces eiusmodi dabant, †quae est ex hoc qui hunc sonum exhalandi praestant†.

709 28 2 ANTE BRVMAM ante quam dies decrescere incipiant.

1 habet *om.* *C* ‖ 2 perquam *Schoell*: quam *RC*, equam *O*, nequaquam (*ante* posset) *V*; *an* etiam? ‖ 4 ἐρώτημα *Schoell*: recte *codd.* ‖ 5 non (*sic D*) enim *W.*: nomen *V*, noui *RC*, nota *O* | ἰρωνικῶσ *V*, ὔρωνϋα *R*, * * * * *CO* ‖ 8 expetitur *V* ‖ 9 honeste excerpis *om.* *RCO* ‖ 10 dixit et] dicisque *RCO* (*cf. Ter.*) | attende] Att̃ *C*, AÑ· *R* ‖ 12 ⟨ante (arte *V*)⟩ irrisit *OV* ‖ 13 excrescentibus *V* ‖ 14 cum] ut *O*, in *V* | cidonia *R*, cidoma *C*, qui domo *O*, qua domo *V*; circum alcedonia *Schoell* ‖ 15 interdicit *C* ‖ 16 hariolus *om.* *C* ‖ 17 faciolus *C* | a fari scilicet] a fatis *RC*, a fictis *O*, a phar· *V* | ·h·pro·f·ut est·f·pro·h· *RC*, ſ·ph·pro f· ut est *V*, p·f· ętatem f·p·l· *O* ‖ 18 imitabantur *RC* ‖ 19 alando nam alitu *codd.* | solent *codd.*, *corr.* *W.* ‖ 21 quae est ex hoc qui hunc sonum (socium *V*) exalandi (uim *add.* *V*) praestant (-at *V*) *RCV*, quae est res quae solum hoc exhalandi uim praestat *O*; *v. append.* ‖ 23 ante quam] quam ante brumam *R*, aut quod ante brumam *O*, *om.* *C*

710 **29** HARVSPEX VETVIT 'haruspex' ab hariga eius nominatur; nam hariga hostia dicitur ab hara, in qua concluditur ac seruatur, hara autem, in qua pecora includuntur. Plautus 'rusticus, hircus, hara' Mostellaria (*I 1, 39*).

711 **30** 1 FIENT ME VIDE id est: uultus mei fiduciam gere, non aliter laeti nisi quia nullum periculum est. 2 'Me uide' dicit, qui in iure suam promittit et interponit fidem, quod nos dicimus me habes, me respice.

---

5.

713 **1** QVIETVS ESTO INQVAM EGO CVRABO 'quietus' id est securus: ab eo quod praecedit id quod sequitur.

715 **3** VT CAVTVS EST VBI NIHIL OPVS EST consulit, inquit, quemadmodum detur, cum omnino dare non debuerit, siquidem argentum Phaedriae detur sub nomine Phormionis.

716 **4** DVM LIBIDO EADEM HAEC MANET bene libidinem posuit pro uoluntate hominis incerti ac leuis.

717 **5** 1 FORSITAN NOS REICIAT mulierem scilicet. 2 An uere 'nos', id est negotium nostrum et condicionem?

718 **6** REM IPSAM PVTASTI pro 'disputasti' modo.

1 auruspex *codd.* | metuit *R*, *om. C* | auruspex *RV*, *om. C* | ariga *V*, arriga *RCO*; *sic et infra* | eius *om. O* ‖ 2 dicitur hostia *V* | $^{h}$ara *V*, harria *O*, arriga *RC* | in que *RC* ‖ 3 ac seruatur] ad ser- *C*, (*ex corr.*) *R*, obser- *O*, (*ante corr.*) *R*, et ser- *V* | hara *COV*, harra *R*, horia *cod. Cuiac.* | autem est locus in quo inclusa seruantur *cod. Cuiac. t. Lindenbr.* ‖ 4 mysticus *O*, *cod. Cuiac.* | hirsus *codd.* | hara *CV*, harra *R*, ara *O* | ⟨moleste⟩ mostellaria *RC* ‖ 5 FIENT ⟨quietus (quiestu *V*) esto sient⟩ *codd., in quibus hic nova scaena incipit* | me uides *R* | id est] in *C*, *om. V* | me *C* | agere *RC* ‖ 6 laeti nisi quia *W.*: latini si quia (quidem *V*) *codd.* ‖ 7 qui *W.*: quia *codd.* ‖ 8 me ⟨uides⟩ respice *codd.*, *corr. W.*; *cf. Andr. II 2, 13* ‖ 9 *v. ad IV 4, 30* | quietus *om. RCO* ‖ 11 EST *1. om. V* | est opus *V* ‖ 12 cum *W.*: ut *codd.*; ubi *Steph.*, ut qui *Schoell* ‖ 13 nomine ⟨pro uoluntate hominis incerti ac leuis⟩ *RCV*; *cf. infra* ‖ 16 FORSITAN *om. RC* | NOS *om. V* | muliere *R*, uñ · *O* ‖ 17 id est] an *C*

723 **11** 1 QVID TVA MALVM ID REFERT interiectio est 'malum'; ordo: quid tua id refert? 2 MAGNI DEMIPHO nota responsum contra 'quid refert?', non ad 'quid' relatum; et quaere, quomodo dicatur 'quid mea' aut 'quid tua': an deest 'ad', ut sit ad mea aut ad tua?

727 **15** REPERIRE ILLAS filiam et uxorem.

---

## V.

### 1.

731 **4** AVDIO VIOLENTER quod Graece dicitur δεινῶς.

732 **5** 1 NAM QVAE HAEC ANVS EST ἀναστροφή (*Verg. Geo. IV 445*) '⟨nam⟩ quis te, iuuenum confidentissime, nostras'. et figura haec apta est commotis aliqua re noua. 2 A FRATRE pro 'a domo fratris', ut (*Verg. Aen. II 311—12*) 'iam proximus ardet Vcalegon'.

733 **6** EGESTAS ME IMPVLIT uenialis status.

734 **7** INTEREA VITA VT IN TVTO FORET compensatiua qualitas.

735 **8** NISI ME ANIMVS FALLIT docte Terentius, nam uisa uel corporis uel animi sunt, hoc est rationis uel sensus.

739 **12** ET MEVM NOMEN mire nomen suum illa agnoscit, hic dissimulat.

741 **14** PAVLVLVM ISTORSVM nunc 'paululum' aduerbium est, alias nomen.

743 **16** QVEM SEMPER TE ESSE DICTITASTI 'esse' pro 'nominari' antiquorum more dixit.

1 ⟨ibi⟩ interiectio *V* | est *om. C* ‖ 2 malum *om. RCO* | id *om. C* | MAGNI] magis *RC* ‖ 3 ad quod *RC* ‖ 5 ad mea aut ad tua *L*, ad tua aut ad mea *O*, aut ad tua ad mea (me *C*) *RCV* ‖ 6 filiam *O*, -um *RCV* ‖ 7 *δεινῶσ ed. pr.*: *διvoσ V*, *δϋvoσ R*, clinos *O*, * * * *C* ‖ 8 *αναστροφη RV*, * * * *CO* ‖ 9 nam *add. Steph.* ‖ 10 et *W.*: sed *codd.* ‖ 14 IN] inde *C* ‖ 16 docte terentius *cod. Cuiac.*, docte ren· *O*, docerem *V*, doc· *RC* ‖ 17 uel animi uel corporis *V* ‖ 18 MEVM] mecum *C*, nrm̃ *V* | illa ... hic *Steph.*: ille ... uel (ille *O*) *codd.* ‖ 20 nunc paululum *L*, nunc *O*, ne istoc nunc paululum *V*, ne istoc *RC*

744 **17** CONCLVSAM HIC HABEO V. S. illaturus 'saeuam' bene 'conclusam' praetulit, ut si diceret 'feram'.

746 **19** 1 EFFVTIRETIS eloqueremini, euacuaretis, inaniretis.

2 EFFVTIRETIS ⟨'effutire' dicitur⟩ ab eo quod est e f f u n d e r e; nam translatio est a uase f u t i l i nomine, quod patulo ore, fundo acuto instabile nihil per se continet, unde et f u t i l i s dicitur eiusmodi homo, qui nihil intra se contineat et semper inanis sit.

750 **23** 1 EX AEGRITVDINE infirmitate ac morbo. 2 EX AEGRITVDINE MORS CONSECVTA EST bene moderatus est, ut neque nimis aegre ferat neque rursum ἀπαθῶς. et haec οἰκονομία est, ne in eadem urbe duae uxores plus mali ex sollicitudine afferant Chremeti quam ex alterius morte tristitiae, nec in comoedia possunt nimis miserabiles mortes esse, ne res in tragoediam transiret.

751 **24** DESERTA EGENS IGNOTA singula pronuntianda sunt argumenta: haec enim ad uenialem statum proferuntur.

756 **29** COMPOSITO FACTVM EST sic ueteres, non 'ex composito', ut (*Verg. Aen. II 129*) 'composito rupit uocem et me destinat arae'.

758 **31** 1 QVAE NON AVDEAS OPTARE pro 'quae non audeat quis', ut (*Eun. II 3, 84*) 'facile pro Eunucho probes'.

2 OFFENDI ADVENIENS pro 'cum aduenissem', ut (*Verg. Geo. I 16*) 'ipse nemus linquens patrium', quod ⟨Graeci 'ἀφικόμενος' 'λιπών'⟩, quia lingua Latina deficit hac declinatione.

1 v. s.] uxorem saeuam (sce- *O*) *OV*, ·II· *RC* | bene] unde *V* ‖ 2 praemisit *Schoell* ‖ 3 eliqueremini *V* ‖ 4 effutire dicitur *add. W.* ‖ 5 effundere (*sic Steph.*) nam *W.*: effundam *RCO*, effanare *O* | est *om. V* | fictili *RCV* ‖ 6 per se] pre se *RC*, presse *O*, in se *V*; prorsus *Steph.* ‖ 7 unde *O*, ut *RC*, *om. V* | et futilis] effutilis *C*, et effutilis *V*, futilis *RO* | homo *om. V* | qui] ut *OV* ‖ 8 sit *om. RC* ‖ 10 ⟨et⟩ bene *V* ‖ 11 ἀπαθῶς *Sabbad.*: ἀπλειωσ *R*, ἀπλειῶ sit *V*, *** *C*, *om. O*; ἀπαθής sit *Steph.* ‖ 12 ὀικονομΐα est *R*, ἀκονομια *V*, **** est *CO* ‖ 14 tristitia *C* ‖ 15 transirent *RCO*; transiliret? *cf. Ad. IV 2, 2; Euanth. III 5* ‖ 18 non] nos *ed. pr.* | expositione ut *RC* ‖ 19 rumpit *libri Verg. meliores* ‖ 21 pro quem *RCO* ‖ 22 ut ⟨alibi⟩ *V* | pro] in *RCO* ‖ 24 quod] *lac. sign. W.*; Graeci — λιπών *suppl. Schoell*

761 **34** HAEC SOLA FECIT si 'hic' legerimus, Antiphonem intellegemus, si 'haec', Sophronam.

764 **37** SED PER DEOS adiurationis genus.

---

## 2.

766 **1** NOSTRAPTE CVLPA ET REL. queritur de se senex, quod dum auari infamiam fugit, stulti reprehensionem incidisset.

768 **3** 1 ITA FVGIAS NE PRAETER CASAM VT AIVNT ita fugito, ne praetermittas casam tuam, quae sit tibi tutissimum receptaculum. 2 Aut: ita fugias, ne praetereas casam tuam, ubi custodiri magis et prehendi fur et mulcari uerberibus potest. 3 Aut uerbum erat ipsius custodis furem exagitantis et interea prohibentis, ne ante casam transeat, ne in praetereundo etiam inde aliquid rapiat.

770 **5** DVM ALIVD ALIQVID uetuste 'dum aliud aliquid'.

773 **8** MODO VT HOC CONSILIO POSSIT DIS. VT IST. DVC. ne paeniteat dominum pecuniam dedisse, terrorem seruus iniecit.

780 **15** 1 VERSVRAM SOLVES creditorem mutas. 2 VER. SOL. uersuram facere dicitur, cum quis alienum aes aere alieno soluat. 3 Dicitur etiam uersuram facere, qui cum minore faenore acceptam pecuniam maiore occupat.

1 anti · *RCO* ‖ 2 intellegemus *W.*: -gimus *codd.* | sophroniam (-ia *C*) *RCO* ‖ 3 genus ⟨est⟩ *V* ‖ 4 NOSTRAPTE — REL. *om. V* | ET REL.] facinus ut malos expediat esse *O* | queritur — incidisset *in codd. post* 13 rapiat *leguntur, transp. W.* ‖ 5 quod *Bentley*: qui *V*, *om. RCO*; ut qui *Schoell* | fugerit *V* ‖ 7 causam *codd.*; *sic et infra plerumque* | ut aiunt ⟨prouerbium⟩ *V* ‖ 9 praetereas] praeter *C* ‖ 10 et *1. om. C* | prendi *RCO* | mulctari *RO*, mult· *CV* ‖ 12 furem] finem *RO* ‖ 13 etiam] ēē *V* ‖ 14 ALIVD] aliquid *V* | uetuste *V*, uenuste *rell.* | dum — aliquid *om. V* ‖ 16 errorem *COV* ‖ 18 uorsuram *V*; *sic semper* | solues *R*, ∗alues *C*, uolues *OV*; *scholiasta cum D legit* soluis, *inde expl.* mutas ‖ 19 SOL.] uol · *RCV*, uel · *O* | cum *om. V* ‖ 20 soluit *Steph.* ‖ 21 cum minore] cōminetur *V* | acceptam ⟨quisque (quis *V*)⟩ *codd., corr. Schoell* | maiorem *codd., corr. Steph.*

781 **16** 1 MALVM IN DIEM *ὑποφορά.* 2 PLAGAE CRESCVNT *ἀνθυποφορά.*

---

3.

784 **1** AGEDVM VT SOLES NAVSISTRATA diuitis uxoris de marito licentius conquerentis haec allocutio est cum dispositione futurarum turbarum.

786 **3** AC DVDVM RE OPITVLATA supra enim dixerat Chremes (*IV 3, 76*) 'id sumam: uxori tibi opus esse dixero'.

790 **7** STATIM CAPIEBAT 'statim' perpetuo, aequaliter et quasi uno statu. Plautus (*Amph. I 1, 120*) 'ita statim stant signa'.

811 **28** 1 VIN SATIS QVAESITVM hoc totum pro una persona quidam legunt. 2 FILIA AMICI NOSTRI hoc est tua.

814 **31** COMMODIVS ESSE IN OMNES et circa illum qui duxit et circa illam quae ducta est et circa te socerum.

815 **32** PERLIBERALIS VISA EST CVM VIDI MIHI ordo est: perliberalis uisa est mihi.

---

(4).

820 **1** LAETVS SVM persona Antiphonis est.

821 **2** PARARE ANIMO C. uetuste additum 'animo'. Ennius in sexto (*ann. VI fr. 30 M. = v. 204 V.*[2]) 'sed et ego hic animo lamentor'.

1 *ὑπωφορα* *R V*, **** *CO* ‖ 2 *ανθὔπωφορά R*, *ἀνθιφωρα V*, **** *CO* ‖ 3 diuitis ⟨****⟩ *V* ‖ 4 conquerentis licentius *C* ‖ 6 opitulari *RCO* ‖ 8 cupiebam *R* ‖ 10 stante *V* | signa. VIN] ignauia *codd.*; *post* signa *exhibet Lindenbr. nescio unde* et habet primam longam, quando autem significat aliud, primam breuem habet; *cf. Westerh. ad h. l. et Mueller ad Non. p. 393, 19* ‖ 11 pro *om. V* ‖ 12 quidem *R* ‖ 13 et *om. V* | dixit *RO* ‖ 14 dicta *O* ‖ 17 LAETVS SVM] *noua scaena non incipit in RC*; *in OV res incerta* | *ante* persona *lac. sign. Schoell, qui suppl.* timida semper ‖ 18 ⟨in⟩ animo *V* | c.] et *codd.* | uetuste *Klotz*: uenuste *codd.* | Ennius *V* (*L*), **** *rell.* ‖ 19 in VI° *V* | sed et *RC*, sed *OV*; sed quid *L*, *edd.*; it et *Schoell*

822 3 CVM RES ADVERSAE SINT cum desideratae fuerint, id est cum harum penuria euenerit.

825 6 1 IN PROBRO SIEM apud patrem scilicet. 2 SI HOC CELETVR IN METV ἀνακόλουθον quartum, nam cum praeposuisset ʻsi hoc celetur’, ⟨non⟩ intulit ʻsin nescitur’.

---

5.

829 1 ARGENTVM ACCEPI iactantia hic inducitur Phormionis, qua sibi omnes conatus prouenisse laetatur.

830 2 PROPRIA PHAEDRIA Vergilius in primo (*Aen. I 73*) ʻconubio iungam stabili propriamque dicabo’.

835 7 VICISSIM TVAS PARTES ACTVRVS EST secundum illud, quod dictum est (*II 1, 37*) ʻreddunt operas mutuas’.

836 8 TE SVAM ROGAVIT RVRSVM VT AGERES ʻpartem’ iterum subaudimus. et est ζεῦγμα a superiore.

---

6.

841 1 1 O FORTVNA O FORS FORTVNA ʻfortuna’ dicta incertarum rerum, ʻfors fortuna’ euentus fortunae bonus.

2 O FORS FORTVNA aliud ʻFortuna’ est, aliud ʻFors Fortuna’; nam ʻFors Fortuna’ est, cuius diem festum

2 harum *L*, aurum *rell.* | penuria (*Steph.*) euenerit *W.*: pecunie uen- *codd.* ‖ 3 IN] ut *RCO*, ut in *V* | siet *RC*, sit *O* ‖ 4 metu ⟨sim⟩ *V* | ανακολουθον *RV*, **** *CO* | quartum] IIIḬª *V*, q.ª *RC*, *om. O* ‖ 5 non *add. W.* | sin iescitur *C*, sin̦ᵗ nescit *R*, sin nescierit *O*, sim nesciret *V* ‖ 6 ⟨a⟩ iactantia *RCO* | inducitur ⟨****⟩ *V* | phormionis ⟨et⟩ *V* ‖ 7 qua sibi *W.*: quasi *codd.* | omnes conatus *W.*: omnis senatus *cod. Cuiac.*, omnis scena *** *RO*, omnis scena *C*, omnis scenae uis *V* | prouenisse] prout in se *in mg. RC* (= *dett.*) ‖ 8 propriam *RCO*, propria ⟨ea⟩ *V* | phedriā *RO* | in pᵒ *RCV* ‖ 11 reddunt] tradunt *Ter.* ‖ 12 rursus *RC* | subaudimus iterum *V* ‖ 13 ζευμα *V*, ζαμα *R*, **** *CO* ‖ 14 incertarum rerum *cod. Cuiac.*, incerta re *codd.* ‖ 17 Fortuna *1. om. V* | est *om. C*

colunt, qui ⟨sine⟩ arte aliqua uiuunt. huius aedes trans Tiberim est.

*844* **4** HVMERVM EXONERO PALLIO recte, quia p a l l i a t a fabula est, non togata.

*849* **9** PERGIT HERCLE potest distingui hic 'pergit' et coniuncte legi 'hercle numquam tu odio tuo me uinces'.

*850* **10** VAPVLABIS ID QVIDEM TIBI IAM FIET 'id' quod sibi dicit fieri.

*851* **11** FAMILIARIOREM O. E. H. qui 'minitatur'. et ⟨est⟩ conueniens error festinanti.

*854* **14** SINE CONTROVERSIA sine ambiguitate.

*856* **16** SI TE DELIBVTVM GAVDIO REDDO ad animum transtulit, quod est corporis, nam d e l i b u t u s unctus dicitur.

*859* **19** VT MODO ARGENTVM uide narrationem coeptam, unde opus est.

*860* **20** MITTIT ERVS ME AD VXOREM TVAM conuersus ad Antiphonem hoc dixit.

*869* **29** PVLCHERRIMVM FACINVS in quinto huiusmodi locos poetae actoribus indulgent, quod in his actoris est commendatio.

*872* **32** PATRVVS TVVS P. EST IN. PH. VX. T. ut Sallustius in primo (*Hist. I fr. 45 M.*) 'liberis eius auunculus erat'.

*877* **37** ATQVE HERCLE EGO QVOQVE ILLAM AVDIVI FABVLAM Plautus in Milite glorioso (*II 2, 56*) 'nam os columnatum poetae esse inaudiui barbaro'.

1 sine arte *Steph.*; *cf. Ovid. Fast. VI 781* 'plebs colit hanc' ‖ 3 exonerem *V*; hunc onero *Ter.* ‖ 6 odio tuo] hodie *V* ‖ 7 VAPVLABIS] *hic add.* iam id pepi *V*, pepi iam id *L*; *fort.* VAPVLA id est peri, *cf. Varro ap. Fest. 372, 31. Calph. nescio unde exhibet* Vapulabis ideo ποτοτεΔετονο | TIBI *om. V* ‖ 8 fieri *om. V* ‖ 9 familiarem *V*, *om. rell.* | o · c · h · *RCO* | qui] q · quasi *O* | minitatus *RO*, m · *V* | est *add. Steph.* ‖ 10 festinantis *codd., corr. Steph.* ‖ 13 corporum *RCO* ‖ 16 mittet (i *supra* e) *V* ‖ 18 in quinto (*sc.* actu) *Schoell*: in · v · *RC*, in quinatum *O*, a · *V* | locum *RCO* ‖ 22 in p° *RCO* | eius] eĩ *V* ‖ 23 atqui *V* | AVDIVI] *sic codd. Ter. praeter A*[1], *qui habet* INAVDIVI, *ut etiam scholiasta legit*: *vestigium transcriptionis* ‖ 24 os] hoc *codd.* ‖ 25 esse poetae *V* | inauditu *RCO*

(7).

886 3 CVRAM ADIMERE ‘adimere’ magis ‘curam’ pro ‘eludendi ⟨et⟩ adimendi haec occasio est’.

---

8.

898 5 PRIVS QVAM DILAPIDET disperdat.
900 7 VISAM VT QVOD ἀποσιώπησις secunda.
902 9 NE NON ID FACEREM QVOD ⟨RECEPISSEM SEMEL quod⟩ spopondissem. et deest ‘ad me’, ut in Heautontimorumeno (*V 5, 12—13*) ‘ad me recipio: faciet’.
904 11 ADHVC CVRAVI τῷ ἀρχαϊσμῷ addidit ‘adhuc’, cum potuisset sine hoc integer sensus esse.
914 21 1 QVAE TVTE DVDVM CORAM ME INCVSAVERAS noua locutio ‘coram me incusaueras’, non ἁπλῶς ‘me incusaueras’. 2 CORAM ME INCVSAVERAS belle, ut, si quid neget, contra se ipsum sentire uideatur.
915 22 SATIN SVPERBE ILLVDITIS ME et accusatiuum et datiuum regit ‘illudo’.
922 29 1 RVRSVM IVBE RESCRIBI PHORMIO ‘rescribi’ reddi, scilicet per mensae scripturam. 2 IVBE RESCRIBI quoniam adnumerationem pecuniae antecedit scriptura, re-

1 CVRAM] *nova scaena non incipit in codd.* | ADIMERE] adhibere *RCO* | adimere (-rint *ut vid. R*) magis curam *RCO*, argentariam uarietas *V* | pro eludendi *Westerh.*: proludendi *RO*, prael- *CV* ‖ 2 et *add. W.* | adimenda (*post* accusatio) *O* | hoc *R*, *om. V* | occasio] accusatio *RO* ‖ 4 *ἀπωσιόπεσησ R*, *απόσιοπεισισ* (ω *supra*) *V*, appoïopesis *O*, **** *C* | secunda *om. RC* ‖ 5 NE] ut *RCO* | QVOD — spopondissem *W.*: quod spopondissem *V*, et spopondissem *O*, et spopondissem quod spopondissem *RC* ‖ 7 me recipio] meretriam oĩo *R*, meretricem non (cum *C*, *om. V*) *COV* ‖ 8 ADHVC] id *RCO* | *τῶ αρχαισμῶ V*, *τῶ αρκαισμῶ R*, ***** *CO* | addit *RCO* ‖ 10 QVAE — INCVSAVERAS] me G · *R*, in 9 · *CO* ‖ 11 ἁπλῶς *Schoell*: qui huc (hunc *V*) *codd.* ‖ 12 CORAM ME INCVSAVERAS *om. V* | si quis *V* ‖ 14 SATIN] statim *V* ‖ 15 datiuum] ablatiuum *O* | illudo *om. RCO* ‖ 17 scilicet *Klotz*: seu *codd.*

scribere dicebant pro renumeratione, et sic infert ʿquod ego rescripsi porro illis quibus debui?' haec est ergo figura, in qua secunda de primis significatum sumunt. 3 IVBE RESCRIBI per scripturam, id est de mensae scriptura dari. unde hodie additur chirographis ʿdomo ex arca sine mensae scriptura'.

*923* **30** 1 QVOD EGO RESCRIPSI ILLIS illis per scripturam reddidi. 2 Illis dedi, ut apud Vergilium (*Aen. VII 144*) ʿdeditur hic subito Troiana per agmina rumor'.

*935* **42** QVIN TV MIHI ARGENTVM ⟨CEDO IMMO VERO VXOREM TV⟩ CEDO hoc ab utroque cum clamore dici accipiendum est.

*936* **43** IN IVS AMBVLA ad iudicem eamus scilicet, nam ʿius' pro loco est. Cicero (*pro Mur. 12, 26*) ʿquando te in iure conspicio'.

*937* **44** 1 ENIMVERO SI PORRO ODIOSI ESSE uultu iuuandum est et pronuntiatione hoc quadam suspenditur. 2 ENIMVERO principium aliquid per iracundiam dicturi. ⟨Cicero⟩ (*in Verr. II, I 26, 66*) ʿhic tum alius ex alia parte «Enimuero hoc fer.»' etc.

*947* **54** CONDONAMVS TE accusatiuo, ut in Eunucho (*prol. 17*) ʿhabeo alia multa, quae ⟨nunc⟩ condonabitur'.

*938* **45** INDOTATIS hoc est ut Phanio.

*940* **47** ETIAM DOTATIS SOLEO ut Nausistratae.

*941* **48** NVLLVS SVM perii, mortuus sum.

1 dicebatur pro renumerare *V* | sic] simul *V* | quod] ne *V* ‖ 2 praescripsi *V* | est haec *V* ‖ 4 ⟨reddi⟩ id est *V* | de] per *V* | scripturam *RОV*, -ram̧ *C* ‖ 5 ex arca (*sic Steph.*) sine (*sic L*)] ex actisne *RCOV* ‖ 7 QVOD] ne *V* | illis] multi *V* (-is *L*), *om. rell.* | per — dedi *om. C* ‖ 8 deditur *vel* diditur *Verg.*; *scholion igitur ad* discripsi *spectat* ‖ 10 qui *C* ‖ 14 quando] qm̃ *RC*, quoniam *O*, quin *V* ‖ 15 in *om. RCO* ‖ 16 uitiandum *RCO* ‖ 17 quadam] tum minaciter *V* ‖ 18 principium ⟨est⟩ *V* ‖ 19 Cicero *add. W.*; ut *Steph.* | aliud *V* ‖ 20 haec *V* | fer. etc.] feret et ferre *V*, ferret et ferre *CO*, ferret et fere *R* ‖ 21 CONDONAMVS TE] adonantis *V*, dotatis *RCO* | accusatiuo *Klotz*: ablatiuo *codd.*; *fort.* ⟨acc- pro⟩ abl- ‖ 22 habet *RCO* | nunc *add. ed. pr.* | condonabantur *codd.* (*cf. ad Eun. l.*) ‖ 23 ut *L*, in *rell.* ‖ 24 ETIAM] et *C*

943 **50** SEPVLTVS SVM *αὔξησις*, nam plus est quam ʻnullus sum'.

946 **53** QVID VIS TIBI ARGENTVM QVOD HABES CONDONAMVS TE ʻuis' iterum subaudiendum est, ut sit: argentum uis, quod habes?, et est *ἀσυνδέτως* inferendum ʻcondonamus te'. sic est illud apud Vergilium (*Aen. I 572—73*) ʻuultis et his mecum pariter considere regnis? urbem quam statuo? uestra est'.

948 **55** MALVM ERGO SIC ME LVDIFICAMINI ʻmalum' aduerbium est interpositae indignationis.

950 **57** ⟨NOLO VOLO⟩ VOLO NOLO primo singula separatim, deinde simul utraque pronuntianda sunt.

957 **64** ANIMO VIRILI ad necessaria adhortatur.

962 **69** NOSTRO ⟨MODO⟩ VLCISCI ʻmodo' ingenio scilicet.

964 **71** 1 HI GLADIATORIS ANIMO parato ad periculum, hoc est: ita perdito ac temerario, ut non sibi caueat, dummodo uulneret, ut Sallustius (*Iug. 60, 1*) ʻauidius alteri alteros sauciare quam semet tegere'. 2 AD ME AFFECTANT VIAM plenum, quod nos *ἐλλειπτικῶς*.

965 **72** VT PLACARI POSSIT ʻut' pro ʻne non'.

967 **74** 1 CVM E MEDIO EXCESSIT ⟨ʻcum'⟩ pro ʻquia'. 2 EXCESSIT id est: mortua est. ⟨sed⟩ sic dicere tragicum erat, ʻe medio excessit' et ad dictum et ad rationem dicti comicum est.

1 auxesis — sum *V* (*L*), *om. rell.* ‖ 3 argenti *codd.* ‖ 4 TE] tibi *codd.* | iterum *om. C* | argenti uis *RCO*, uis argentum *V* ‖ 5 *ασιναντωσ R*, asintheton *V*, ***** *CO* ‖ 6 te] tibi *V* ‖ uultis] $C^1$ *in mg.* (= *D*) Nota bene non ex illo (non esse in eo *D*) uersu urbem etc. antitosis (-im *D*) casus (-um *D*) pro casu, sed iterum subinteligendum (subaud- *D*) uultis ‖ 13 uiribus *V* | a necessario *V* | hortatur *O*, co$^{o}$artatur *V* ‖ 14 ingenio ſ· *R*, ingenio frui *rell.* ‖ 15 hic gladiatorio *V* | parato] *** *RCO* ‖ 17 auid$^{i}$us *V*, -dus *rell.* | alteri alteros *cod. Lindenbr.* (*Cuiac.*?), alter alterum *RCOV* ‖ 19 *ἐμιπτικιοσ R*, *εμπτικωσ V*, **** *CO* ‖ 20 pro *sscr. V*, non *L*, *om. rell.* ‖ 21 excesserit *1. RCOV* | cum *add. Schoell* ‖ 22 sed sic *W.*: si *codd.* | diceret *CV* ‖ 23 ad dictum *L*, dictum *V*, dictu *RCO* | ad rationes *C* | dici *codd., corr. Steph.*

*968* **75** 1 ASTVTE AGGREDIMINI εἰρωνεία. 2 *Et* proprie a g g r e d i accedere ad dimicandum est. bene ergo seruauit translationem a gladiatoribus coeptam.

*972* **79** AIN TV modo ad Chremem cum inuectione conuersus est.

*973* **80** LAVTVM PECCATVM TVVM ut labem uel maculam.

*975* **82** 1 LACRIMIS SI EXSTILLAVERIS s t i l l a r e est guttare ex corpore, e x s t i l l a r e ipsum corpus guttatim finiri. 2 Ergo quasi totum in lacrimas conuerti et ex toto stillare corpore.

*978* **85** PVBLICITVS id est publica cura atque consilio.

*979* **86** IN SOLAS TERRAS signanter. Vergilius (*Aen. XI 569*) 'pastorum et solis exegit montibus aeuum'; Sallustius in primo (*Hist. I fr. 117 M.*) 'solis uiis'.

*981* **88** 1 IN IVS EAMVS ad praetoris sellam; modo enim locum significat. 2 IN IVS HVC SI QVID LIBET apparet parasitum ad domum senis Chremetis, non ad forum conari abstrahere.

*983* **90** 1 ENIM SOLVS 'enim' pro 'at' posuit, ut turbatum ostenderet. sic alibi (*Ad. II 1, 14*) 'enim non sinam'. 2 VNA INIVRIA EST pro 'actio iniuriarum ex lege'.

*984* **91** 1 ALTERA quam fecisti dotatae uxori. 2 LEGE AGITO ERGO 'lege agito' dicebatur ei, cuius intentio contemptibilis aduersario uidebatur. Plautus in Aulularia (*III 3, 10*) 'lege agito'.

*985* **92** ENIMVERO VOCE OPVS EST ⟨****⟩.

1 *ἰρωνια V*, *ὑρωὑὑα R*, **** *CO* ‖ 4 inuentione *ROV* ‖ 6 labem *Bentley*: lauem *codd.* | uel *W.*: ut *codd.* ‖ 7 stillare *Steph.*: extillare *codd.* ‖ 8 ⟨et⟩ extillare *CV* ‖ 9 conuerti et *L*, conuertit ut *RCO*, conuertitur *V* ‖ 12 signauit *RO*, sig$^{t}$ *V* ‖ 13 parthorum *codd.* | et *om. V* ‖ 14 in p$^{o}$ *CV* | uis *V* ‖ 15 IVS] uiis *RCO* ‖ 16 IVS] uiis *C* | HVC] sic hac *V* ‖ 18 abstrahere ⟨litem⟩ *V* ‖ 19 at] aut̃ *V* ‖ 21 pro] ꝗ *C*, id est *V* ‖ 23 agite *1. RCO* | lege] age *RCO* | ei] et *RCO* | contentibilis *codd.* ‖ 26 Enim uero (*hoc del. R*) uoce opus est *RCO*, ei cenam coquo *V* (*cf. Plauti l. c.* ei, cenam coque) | *lac. sign. W.*; *fort. Graecum excidit* (*cf. Diom. 316, 32? Schoell*)

988 **95** 1 PVGNOS IN VENTREM INGERE urbane ‘in uentrem’ quasi parasito. 2 An ‘uentrem’ totum parasitum dicit, ut Lucilius in secundo (*V fr. 29 M.*) ‘uiuite lurcones, comedones, uiuite uentres’? 3 An simpliciter, quia qui resistit nec sequitur collo trahentem obtorto, repandum se facit et uentrem proicit, cum in uentrem feritur, currit et sequitur?

---

9.

990 **1** QVIS NOMINAT ME hic uelut controuersia est, in qua reus fit maritus malae tractationis. et est status qualitas uenialis.

997 **8** DELIRAT MISER TIMORE grauiter utrumque, et ‘delirat’ et ‘timore’, nam deliratio senectuti conuenit, timor conscientiae.

1005 **16** MI HOMO DI MELIVS DVINT quaerit Probus, an matrona tam familiariter recte dicat alieno, sed frustra: nam feminarum oratio, etsi non blanditur, blanda est.

1007 **18** QVID AGIMVS facete additum.

1010 **21** 1 QVI MIHI eleganter inseruit ‘mihi’, ut in Heautontimorumeno (*II 1, 8*) ‘is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora!’ 2 AD VXORES VENTVM EST TVM FIVNT SENES eleganter fieri dixit. et generaliter inuidiosius, quam si unum accusaret senem.

1014 **25** EGO NAVSISTRATA qualitas uenialis a concessa actione.

1 ingere in uentrem *C* | in uentre *2. RCO* ‖ 2 parasitorum *RCO* ‖ 3 in 2° *R* | uiuite *V*, inuitus *rell.* | lurcones *Nonius 11, 9*: glaucones *V*, clauc- *RCO*; gluttones *Scaliger* ‖ 4 uiuite] uiuit et *RCO* | uentres *V*, -rem *rell.* ‖ 5 restitit *R* | abtorto *V* | repandum *Steph.*: ore pandum (pardum *O*, *** *C*) *codd.* ‖ 9 qualitatis *V* ‖ 11 et *om. RCO* ‖ 14 dicunt *R*, *** *O* ‖ 16 <est> etsi *RCO*, <est> ut si *V* ‖ 18 QVI] ubi *V*, ut *RCO* | mi *1. RO* | mihi *2. om. RCO* | Heautont. *om. C* ‖ 19 adhibit *RO*, adibit *C* | plus *om. RCO* ‖ 20 quae sua *C* ‖ 24 concessa accusatione *V*; concessione *Steph.*, confessa actione *Bentley*

1015 **26** VERBA FIVNT MORTVO non est passus parasitus, ut totam sententiam senex explicaret.

1016 **27** NAM NEQVE NEGLEGENTIA TVA N. O. I. F. T. locus in hac causa principalis est *ἀπὸ τῆς εὐνοίας*, et ideo in duo diuisit: nec neglegentia circa te nec odio, inquit, factum est. praeterea et *περιστάσεως* addidit defensionem 'uinolentus' etc.: ab aetate eius, a tempore criminis, a diminutione contemptuque pellicis, ab euentu, ab animo facientis quod mortua est, postremo a precibus. et epilogum quod *ἀπὸ τῆς εὐνοίας* †actu defecit, admonens oratorie illam mansuetudinis suae.

1017 **28** 1 VINOLENTVS ab imprudentia defensio. 2 ABHINC ANNOS QVINDECIM a tempore defensio.

1018 **29** 1 EAM COMPRESSIT bene 'compressit', quod interdum iniuriae est, non amoris. 2 ET NON ATTIGIT POSTEA ita facti paenituit, quod quidem 'animo aequo ut feras' (*v. 31*) ⟨orat⟩. hic locus *ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως* est, id est ⟨ab eo⟩ quod futurum sit; facilius enim ignoscitur non ultra peccaturis.

1021 **32** DEFVNGIER defungi, desinere.

1022 **33** PORRO MINVS quia dixit (*v. 28*) 'abhinc annos quindecim'.

1023 **34** SENECTVS SI VERECVNDOS FACIT modeste et grauiter.

1025 **36** QVID MIHI HIC AFFERS callidius hic usa est ad

3 T. *om. RC* ‖ 4 est *ἀπὸ τῆσ αυ$\overset{\nu\eta}{\pi}$ασ V*, ***** *O*, *om. RC*; *ἀπὸ τῆς συγγνώμης καὶ εὐνοίας Lindenbr.* (*ex cod. Cuiac.*?) | in *om. RCO* ‖ 6 *περιστάσεως Steph.*: presto *codd.*; prestes eos *ed. pr.*, alias partes (adducit ad def.) *Lindenbr.* (*ex cod. Cuiac.*?) ‖ 8 a diminutione contentuque *L*, ad imitationem (ĩmut- *R*) contemptumque *rell.* | ab euentu] euentum *RCO* ‖ 9 postrema *RO* | perilogum *RCO*, periol- *V*, *corr. Steph.* (ἐπίλ.) ‖ 10 quod (*om. edd.*)] quidem *Goetz*; *an* quoque? | *απο τησ ευνηασ V*, *ἀπό τῆσ* *** *R*, ***** *CO*; *ἀπὸ τῆς εὐνοίας τῆς ἐκβάσεως Lindenbr.* (*unde?*) | actu defecit *RO*, actu deficit *CVD*, fecit *L edd.*; ac *fort. ex dittogr.* (eynoiac) *ortum*, tu de = *τοῦ λέ⟨γοντος⟩?* | oratorem *RO* ‖ 11 illam *om. RCO* ‖ 13 defensio ⟨est⟩ *COV* ‖ 16 quod — feras *om. V* ‖ 17 orat *add. Schoell* | *ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως* est *Steph.*: *ἀπὸ τησ ἐυβασεοσ* est *V*, *ἀπό τῆσ* **** *R*, ***** *CO* | ab eo *add. Steph.* ‖ 18 agnoscitur *RCO* | peccaturus *RO* ‖ 20 MINVS] multis modis *V* | annis *V* ‖ 23 HIC *om. RCO* | callidus *CV*

ultimum *πύσματε* conuersa ad ipsum defensorem mariti 'quid mihi hic affers'; de qua ui contradictionis exsultat parasitus tamquam confecto mortuoque aduersario suo.

*1026* **37** EXSEQVIAS CHREMETI bono ordine: primo (*v. 8*) 'delirat miser timore', post (*v. 26*) 'uerba fiunt mortuo', ad ultimum 'exsequias Chremeti': delirat, moritur, effertur.

*1027* **38** AGE NVNC PHORMIONEM QVI VOLET LACESSITO Vergilius (*Aen. II 549*) 'degeneremque Neoptolomum narrare memento'.

*1028* **39** FAXO TALI SVM MACTATVM 'sum' modo pro eo quod est 'eum': sic frequenter ueteres. Ennius (*ann. VIII fr. 7 M. = v. 470 V.*[2]) 'omnes corde patrem debent animoque benigno circum sum'.

*1035* **46** IGNOSCE ORAT CONFITETVR PVRGAT uerba uenialis status sunt: 'ignosce' 'confitetur'.

*1048* **59** 1 TV TVVM NOMEN DIC bene dicit 'tu': interim pronomine utitur, quod non habet nomen. 2 An potentiorum blandimentum circa inferiores fuit hoc, ut nomina eorum quaererent et cum audissent, ipsis nominibus eos compellarent statim? tale est in Adelphis (*V 6, 3—4*) 'qui uocare? — ⟨Geta.⟩ — Geta, hominem maximi preti' etc.

*1049* **60** 1 VESTRAE FAMILIAE hoc propter Antiphonis amicitiam dixit. 2 AMICVS ET TVO SVMMVS PHAEDRIAE scilicet 'amicus' iterum subaudiendum.

*1052* **63** VIN PRIMVM HODIE FACERE facete ex persona parasitica beneficii optio facta est, quod promiserat mulier.

1 *πύσματι Steph.*: *νσματε V*, * * * * *RCO* ‖ 2 uis *V* ‖ 4 bono — Chremeti *om. V* ‖ 5 declarat *RCO* ‖ 6 ⟨et⟩ moritur *codd.* | effertur *Steph.*: et feratur *V*, *om. RCO* ‖ 10 faxo tali cum mactatum *V*, ausum acturum *RCO* | sum modo *W.*: summo *codd.* ‖ 11 eum *om. RCO* | frequentes *C* | Ennius] eamus *V* ‖ 12 corde *CV*, condere *RO* ‖ 13 sum *Ilberg*: suam *RCO*, fini cui *V*; *cf. omnino Vahlen* ‖ 16 NOMEN — interim *om. C* | TVVM] interim *codd., quod ex scholio irrepsit* | dic *V* | interim] tuum *V* ‖ 17 quia *V* | An] nam *V* (*probat Goetz*) ‖ 18 ⟨an⟩ blandimentum *RCO* | hoc fuit *V* ‖ 20 compellerent *RO* ‖ 21 hominem *om. RCO* ‖ 23 tuus *C* | scilicet *W.*: sed *codd.* ‖ 24 iterum] uerum *RO* ‖ 25 facete *om. RCO* ‖ 26 beneficii optio *V*, benefica *RO*, -icta *C* | promiserit *R*, -sit *CO*

*1054* **65** SED VBI EST PHAEDRIA IVDEX NOSTER bene 'iudex': ad illum enim mulieris dicta est sententia (*cf. v. 57*), ut, cum ita agitur, tuta sint omnia marito; nam ridicule dicit ea, quae irritata erat.

*1055* **66** 1 IVDEX NOSTER nihil facetius quam iudicem capi aduersus crimen paternae uoluptatis et amatorem filium et fratruelem Antiphonis, cui nubet furtiua filia. 2 IVDEX NOSTER terribilis scilicet censor paternarum deliciarum. uides igitur hic consedatam uxoris iracundiam.

2 dicta (*sic et Eugr.*)] delata *Steph.* | ut] et *C* ‖ 3 igitur *C* | nam] et per ironiam *V* | dicit *O*, -tur *rell.* ‖ 4 irritata *Schoell*: irrita (irata *in mg. L, recte? cf. Phorm. praef. III* 5) *codd.* | erant *CV* ‖ 5 facetius] facilius *Lindenbr. ex cod.* (*Cuiac.?*) ‖ 7 fratruelem *W.*: fratrem (-ris *C*) *codd.* | antiphonem *V* | cui] cum *V* ‖ 9 consedatam *W.*: consolatam *RCO*, -latiuam *V*; conciliatam *Goetz*, consopitam *Schoell*